


COMPENDIARIA
DIALECTICES
RATIO.

Vuittenbergæ, apud Melchiorem
Lottherum iuniorem, Anno
M.D.XX.

Rhetorica, ci-
tra dialectico-
rum vsum, nō
cōmode tractā-
tur.
Cognatio Cy-
cliarū discipli-
narū.
Cognatio rhe-
toricæ & Dia-
lecticæ
Magna p̄fesso-
rū pars, diale-
cticæ vsum ig-
norat.
Scholarū inui-
les cōmentarij
Scholis non tā-
rum sermonis
elegātia deest,
sed & ratio stu-
dia recte tra-
ctandi.



ANNO superiore rhetoricas quasdam institutiones
effudimus verius, quā scripsim⁹, quibus, vt argu-
menti ratio postulabat, per pauca de dialecticæ ora-
tionis, siue ordine, siue compositione adiunximus.
Necq; em̄ rhetorica citra dialecticorum vsum, cō-
mode tractari, absolūtq; possunt. Non tam, q; oēs
inter se cognatæ sunt Cyclicæ disciplina, quam, q;
illis proprie cum ratione dialectica sic cōuenit, vt
nihil certi, nihil firmi rhetores tradituri sint, si tollas e medio dialecticæ.
Hæc vt copiosius tractarē, studiosi quidam a me, cōtenderūt, q; eo sint
loco nostris temporibus, vt & magna professorum pars artis vsum
ignoret. Suffuratus igitur horas aliquot studijs meis, differendi ratio-
nem descripsi, idq; quam potui, breuissime, Primū, quod res ipsa, per
se se paucis tractari, & queat, & debeat. Deinde, q; videam immensis
nostrorum hominū cōmentarijs factum, vt dum plerq; tenuiora ar-
gute magis, quam apte persequuntur, vim omnē ysumq; dialecticæ,
amiserint. Nec in hoc comparatā differendi artē, vt esset regula quæ dā
disputandi de cōmunibus causis, sed vt esset, quod in ymbra ipsi inf-
se se nugarentur. Porro, hæc vna nobis cura fuit, vt indicarem, quis
rei maximo opere necessariæ in literis tractandis, vsus sit, Necq; tam hoc
egimus, vt elegantius quiddā, vulgo scholarū, quā vt rectiora trade-
remus, Falli em̄, quibus persuasum est, nihil deesse scholis p̄ter sermo-
nis elegantiam, res ipsa palam arguit. Hoc quidquid est operis, nomi-
ni tuo nuncupamus mi Iohannes, quos suauitate morū, ingenijq; dex-
teritare, mirifice tibi deuitaxisti. Vale, Vuitenbergæ, Menie Martio,
Anno, M, D, XXX,



Dialectica est artificij apposite ac pro-
prie de quocunq; themate differendi.
Simpliciter em̄ cuiuscq; thematis
naturā & partes ostendit, & quod p-
ponitur adeo certis verbis præscri-
bit, vt nō possit non deprehendi, q; c-

quid inest, siue veri, siue falsi, A Rhetoricis discre-
pat, q; hæc, splendidā magis, & ad captū populārē
orationē instruunt, dialectica certam & exactā ad-
ornant, & plane indicem orationis Rhetoricæ, seu
amissim. De qua re infra in vsu dialecticæ plurib.
agam. Necq; quisq; Dialectica putet aliud esse, quā
rationis humanæ ceu filium quoddā, quo cuiuscq;
rei cognoscendę naturā, partescq; ordine quodā ve-
stigam⁹, quo in quauis re quid veri, quid falsi sit, p-
quirimus. Quare neq; labor vllus fuerit adseq; Di-
ialectica, si ad animi iudiciū reuoces. quē em̄ natura
nobis ordinē cognoscendarū rerū inieuit, hæc ex-
primunt. Vulgo, Idiotæ & literarū expertes quan-
dam rerū consequentiā, cōmuni naturæ captu cer-
nunt, videntq; p̄gressus & antecessiones, & ex alijs
alia colligūt, hic ipse naturæ sensus, hæc rationis se-
mita Dialectica est.

Dialecticæ.

Dialectica nō
tā ars est, quā
naturalis qui-
dam oīm the-
matum tractū
dorū ductus.

Dialecticæ

Vide infra de
vsu dialecticę

Ordo

¶ Fructus dialecticæ, est proprie & exacte, de quo
cunq; themate, idq; ordine ad docendū accōmoda-
to posse dicere, Inprimis dialecticū artificium ordo
cōmendat, qui cum & in discēdo, & in docendo plu-
rimū habeat momēti, facilius certiusq; cum discūt-
tum docēt, q; Dialecticæ periti sunt. Quod in caus-
sa est, cur huius artificij rationē ac vsum Plato tan-
topere probet.

VOCVM ALIÆ SIMPLICES, ALIÆ CONIUNCTÆ.

¶ Thematū alia simplicibus vocibus constant, vt
Si de Iusticia, de Amicicia, de Febri p̄ponatur, alia

oratione constant, vt iure ne an iniuria Clodij Milo occiderit. sit ne vxor ducenda an non. sit ne Iusticia pars amicicia, an non. Quod thematum discrimen nisi obserues, periculum est, ne vsu rerum dialecticarum frustreris. Nam alia dialectices pars, simplicibus vocibus seruit, alia coniunctis. iam coniunctarum natura exigit, vt solutae reuocentur ad methodos & amissim simplicium. nec in orationibus, quid veri, quid falsi insit deprehendes, nisi simplicium vocum naturas proprie excusseris.

CAPITA DIALECTICES.

Capita dialectices,
Finitio,
Diuisio,
Argumentatio.

¶ Summa dialecticæ capita tria sunt, finitio, diuisio, & argumentatio. Finitio & diuisio, ad simplices voces pertinent, Argumentatio ad orationem. meminerisq; tibi his dialectici artificij modis opus fore, in omni genere tam artium, quam ciuiliu causarum, vbi quid finiendum, diuidendum, confirmandum, confutandumue, vt multa solent, inciderit.

DE VOCIBVS SIMPLICIBVS.

De vocibus simplicibus

¶ Principio studiosos admoneo, in tractandis dialecticis, nihil me securum, nisi quo humana ratio ductu, quaque via, quascunq; res apte ac proprie vestiget. Proinde, quocunq; themate proposito, nonne mens hominis, primum vocis significationem contemplatur? Ergo cum quaestio sit, quid nomen significet, primum constituenda est in omni disputatione, certa nominis significatio, ne qua sit in voce ambiguitas. sit autem id finitione nominis, vt vocant.

DE FINITIONE NOMINIS.

De finitione nominis,

¶ Finitio nominis est expositio grammatica, seu etymologia quadam vocabuli, vt Ciuitas est ciuium consensus, Philosophia est studium sapientiae, Indoles est ingenua naturae proprietates. Vtendum est hoc finiendi genere, maxime, si quae incidunt in disputationem voces, vt vocant, & quiuocae, quae res diuersas

significant, vt si de Polypo differas, constitue, morbum, an genus piscis significari velis. Nam Dialectica, vt est magistra certi ac proprii sermonis, ita omnium minime voces ambiguas admittit.

REGVLA.

¶ Voces ambiguas dialectica proprietates non recipit. *Regula.*

DE FINITIONE REI.

¶ Postquam quid nomen significet comprehenderit animus, nonne, quae significatae rei natura, quae conditio sit, exquiritur? vt cum didicimus, quid voce animae significet, nonne gestimus, naturam ac conditionem ab solutam animae cernere? perinde atque cum verbis describi peregrinas picturas aut formas audimus, nonne gestimus iam ob oculos positas coram contemplari? proxime contemplamur res, definitione, quam vocant rei. Est ergo finitio rei, oratio explicans naturam seu conditiones naturales thematis, quod propositum est. Quid sit, huius generis finitionum, quaestio est. Tota vocum simplicium ratio apud Dialecticum nihil aliud agit, quam vt finire doceat ac diuidere. Proinde, discrimina, ordinemque vocum prescribemus, e quibus postea finitiones colligere docebimus.

Omnis cognitio intuitiua, est definitiua, contra vulgus.

Vocum simplicium ratio,

DE QVINGVE VOCVM SEV PRAEDICABILIVM RATIONE.

¶ In artificio definitionum, primum obseruari debet, (quicquid enim voces vocibus declarant, & natura rerum vocabulis signat) alias voces esse alijs communiore, alijs vocibus cum alijs natura conuenire, cum alijs non conuenire. Primum ergo apud dialecticum, vocum discrimen, est in Individuum, Speciem, Genus, Differentiam & Accidens.

De quinq; vocum ratione.

¶ Individuum est nomen proprium, vt Virgilius, Plato, Individuum, hic homo, hic Bos. Sic enim propria circuloquimur.

¶ Species est nomen commune, proximum Individuo, atque adeo, quod in definiendo Individuo primum occurrat.

Species

Nihil reale est
i vniuersalib.

currat, vt Homo, Bos. Nam si quærat, quid Virgilius sit, respondetur, homo. Significat autem species vnam, quandam & communem imaginem naturæ, quæ est in multis indiuiduis, adumbratam & conceptam a mente humana. Sic sentiendum est de alijs communibus vocibus.

Quod dico, ne quis putet communia vocabula, equiuoca esse, quæ multas res significant, vt Polypus, adeoque diuersis imaginibus conceptas. Nam homo vnquam imaginem significat naturæ, quæ sparsim in multis Indiuiduis est. Sic genus, sic differentia.

¶ Genus est nomen commune, proximum speciei, atque adeo in explicanda, declarandaque specie primum, vt animal. Nam si quærat, quid sit homo, respondebit, animal. si quærat, quid sit Iusticia, respondebit, virtus. Quid emptio, respondebitur, contractus.

¶ Differentia est, qua genus in multas species diuiditur, animal diuiditur in hominem & brutum, per differentias, scilicet intellectuale, & sine intellectu, nam definiturus hominem, dices, homo est animal intellectuale, fecerniturque homo intellectuali a reliquis animantibus. Iam in differentijs obserua, quod humani capitis imbecillitas nusquam euidentius se ostendit, quam in differentijs. Neque enim, quod sciam, vilius rei differentia apposite concipi aut nominari potest. Proinde, circulo quemur infra, in rerum ordinibus differentias, nonnumquam propria diathesi, vt si dicam, Homo est animal syllogisticum, id est, quod ratiocinari potest, quod propria hominis diathesis est, seu, vt ita dicam, propensio. Nonnumquam accidentibus, vt ignis est elementum calidum & siccum. Calor & siccitas accidentia plane sunt, sed quandam circumscribunt differentiam, quam humanæ mentis imbecillitas nondum attingit.

¶ Proprium est vocabulum significans propriam naturam indolem seu diathesin, vt posse loqui, proprium ho-

minis est, posse hinnire proprium equi. Acute quidem scribunt dialectici, significari proprio magis propensionem rerum ad opera propria, quam ipsa opera. Nam vt naturæ hominis semper, ac proprie conuenit posse loqui, ita non est necesse semper loqui. Proprii cognatio tanta est cum differentia, vt pro ea fere semper usurpetur. Non fuit omnino deferenda scholarum consuetudo, alioqui relicta proprii ratione, ipsum differentijs miscuissent. Cæterum, inter proprium ac differentiam hoc interesse dicunt, quod differentia significet rei partem, proprium vero propensionem ad opus, vt intellectuale significat partem hominis, scilicet intellectum, posse loqui, propensionem genuinam ad loquendum.

¶ Accidens est vocabulum significans rem aduenticiam, vt albedo, res aduenticia est corpori, quod iam albescit, iam nigrescit.

FRUCTVS QVINQVE VOCVM

¶ Hactenus de quinque vocibus, quas prædicabilia hodie vocant scholæ, diximus, quibus discrimina vocum comprehenduntur. Neque enim in differendo parum refert scire, quæ vox altera latius euagetur, vt animal homine. Deinde refert, scire, quæ vox cum qua cognata sit, vt in definiendo, quæ cui conecti possit, intelligas, Propterea prædicabilia vocari crediderim, quod doceant, quæ voces, cum quibus cognatæ sint, hoc est, quæ de alijs commode vereque dici possint.

REGVLA.

¶ Indiuiduum, Species, Differentia, Proprium, Genus voces cognatæ sunt, necessarioque cohæret, vt infra docebo, vt Virgilius est homo. Homo est intellectuale animal. Homo potest loqui. Accidens non est cum his cognatum, nec cohæret cum eis necessario, vt Virgilius est poeta. Iam cohæreere impossibile est diuersas differentias, item diuersas species, vt hominem & asin-

Nullæ profus
differentiæ sunt
quas non apti
proprie ratione
comprehendunt

Fructus quinque
que vocum.

Que voces est
quibus conueniunt
vide infra de
Axiomate.

nū, Intellectuale & Brutum. Retulerit iuuentutem varijs exemplis in hoc loco exercere, vt statim in quauis caussa intelligant, quæ res cum quib. cōuenire possint.

	Substantia	
Corporea	Corpus	Incorporea
Animatum	Corpus animatū	Inanime
Sentiens	Animal	Non sentiens
Intellectuale	Homo	Brutum
	Virgilius	
	Affectus	
Bonus	Virtus	Malus
Erga alios	Iusticia	Erga se

Hæc iusticia

¶ Genera, Species, & Indiuidua, in medio collocantur. latera, differentia occupant. Vides aut circumscribi differentias utcumq, quādoquidem veras & perspicuas, hominis captus non adsequitur.

DE PRAEDICAMENTIS.

De prædicamentis.

¶ Eadem ex caussa, videntur ordines rerum, prædicamenta vocari, quo significetur in eis spectari quæ voces cum quib. apte coniungi possint, quæ inapte cōiungantur, atq, adeo, quæ de quibus prædicari possint, aut non possint. Nam supra quinq, vocibus ostensum est, speciē cum genere coherere, hic

in prædicamentis, generū ac specierū, & differentiarum exempla produciunt, Et, vt paulo altius repetamus rationē prædicamentorū, quidā censent prædicamēta esse nomīa statūū, hoc est, signa quædam adeo q, filiū quoddā quo digeratur omīs artificiosa oratō, vt si de iusticia dicendū sit, primū de eius substantia, queri, quæ res sit, postea, quanta, & in quā multos modos spargatur, deinde qualis sit, vtilis an vtilis, &c. & in hac sententia Quintilianus fuit. quā et si nō improbo, tamē hic sequi nō libet. maxime, cū neq, græcorū vllus, quos viderim adstipuletur. proinde rationē & vsum prædicamentorū, quam possum absolutiss. subiiciam.

Sequitur in ratione prædicamentorū græcos.

¶ Prædicamēta sunt ordines rerū. Conducunt autem in primis, ad colligēdas finitiōes, & ad discrimina finitionū. nec em̄, vnus est finiendi modus, vt paulo post exponemus. Nam, qui res in hunc prædicamentorū ordinē digessere, prudentes sanē homines, voluerunt in locos quosdā cōmunes, omnes res totius vniuersitatis colligere, vt si quid occurreret, explicandū, declarandū, ac definiendū, statim ex prædicamētis peterēt eius thematis ratio, ceu e cōmunib⁹ locis, seu communib. formulis. Atq, vt rhetores locos quosdā cōmunes caussarū & thematum ciuiliū adornant, vnde depromant argumenta figuratq, tum sententiarū tum verborū, ita dialecticus instruxit locos suos, qui suppedirent rerū finitiones, in caussa exacte & pprie tractanda, & in iudicanda ipsa thematum natura. Rhetorici loci, cū ad ciuilia negocia pertineant, non tam exactam ac subtilem rerū ratioem p̄scribunt, quam dialectici, qui quatenus fieri potest, omnia ppriissime ac certissime expediūt. Proinde, studiosos moneo, vt ordines rerum sibi accurate digerant, e quib. si quādo

Vfus prædicamentorum.

Loci rhetorici. Loci dialectici.

Prædicamēta
sunt quatuor.

vsus poscat, rerum finitiones petant.
¶ Prædicamenta quatuor sunt, Substantia, quanti-
tatis, qualitas, relatio. Substantia est res per sese ex-
istēs, planeq; id, q̄ ceu fundamēto accidētia nitunt̄.

Ordo substantiarum.

ORDO SVBSTANTIARVM.

Substantia		
Corporea	Incorporea	
	de ⁹ , angelus,	
	anima	
	Animata	
Simplex	Composita	
Cœlū	Elemētū	
Ignis,	Inanimis	Sentiēs
aer, aq̄	lapis gēma	
terra,		Animal
		Nō sentiens
		planta
Intell:		Brutum
Homo		Bos asinus
Virgilius		Hic bos

In hunc ordinem digere & substantiarum partes,
vt manus, pedes, ventrem,

Accidens.
Tres ordines
accidentium.

¶ Reliqua prædicamenta tria, sunt accidentiū ordi-
nes. Accidens est, quod ita substātijs additur vt ex-
rum naturas nō variet. Ordines tres sunt. Quāti-
tas, Qualitas, & eorū quæ referuntur ad aliud.
Quantitas est rerum tum longitudo, tum latitudo
tum profunditas.

ORDO QVANTITATVM.

Quantitas,	
Continua	Discreta
Linea	Numerus,
Superficies	
Corpus	
Caue ne alias species adnumeres, relationes em̄ sūt	

Motus, Tempus, Locus, Oratio.

QVALITATVM ORDO.

¶ Reliquæ rerum formæ, quæ a quantitate nō cō-
prehenduntur, qualitates sunt. Magna quidē pars
qualitatū, instrumenta sunt, quibus vtuntur in agē-
do operandoue substantiæ. nec; vllū rerū ordinem
tam refert expedite tenere, quam hunc. nempe, qui
latissime pateat. Nulla est em̄ substātia, quā nō mul-
tæ qualitates exornent. Iam ex hoc loco & Rhetor̄
res formulas laudū, ac vituperationū, consiliorūq;
materiā petunt, hinc em̄ finitiōes virtutū ac viciorū
colligunt, multo certiores aptioresq; ijs, quas p̄scri-
bunt Rhetores.

Qualitatum
ordo.

Rhetores;

¶ Differentiæ qualitātū, quādo proprijs designari
nominibus non possunt, cōmodissime per subiecta
aut officia signabuntur.

Differentiæ
litatum;

QVALITATES.

Qualitates

Animi		
Intellectus		Voluntatis
Prudentia, Scientia		
	Affectus	
Bonus		Malus
Virtus,		Vitium
Iusticia,		Iniusticia
His adnumera & alias virtutes, aliaq; vicia,		

QVALITATES CORPORVM.

Quæ visu percipiuntur. Colores, Albedo, Nigre-
do, Rubedo.
Quæ auditu, Soni,
Quæ olfactu, Odores,
Quæ gustu, Sapores
Quæ tactu, Calor, Frigus, Siccum, Humidum, &
quæ ex his nascuntur.

Qualitates
corporum.

RELATIVA.

Relatiua.

¶ Græci nomina quædam vocant ad aliquid, quæ nostri ferme relatiua appellat. Sunt autem vocabula, quæ non tam res, quam mutuū inter se ordinem rerum significant. Atq; adeo, quib; inter se res aliorum prædicamentorū cōparant varijs modis, agendi, patiendi, similitudinis, dissimilitudinis, æqualitatis, aut inæqualitatis.

Primus ordo.

PRIMVS ORDO.

Agere	Pati
Mouere	Motieri
Gignere	Gigni
Pater	Filius
Calefacere	Calefieri
Afficere	Affici

His adnumera, quæcunq; actionē passionemue significant, quib; cū substantiarū, tum qualitātū comparatio constat.

Secundus.

SECUNDVS ORDO.

Similitudo Dissimilitudo.
Atq; in his pprie est qualitātū comparatio.

Tertius.

TERTIVS ORDO.

Æqualitas Inæqualitas

His comparantur quantitates.

¶ Comparantur item cōtinens & contentū, quā cōparationē locū dicim;. Comparant, & prius ac posterius, quod tempus vocat, mane, vesper, dies, mensis, annus. Huc & magistratuū nomina pertinent, vt Dictator, Consul, Senatus, Ciuitas.

Vtus prædicamentorum

In hos quatuor ordines, omnia omniū rerū vocabula colliges, ex quibus, si quid finiendū incidit, petes. Proinde, rationem modosq; finitionū latius persequemur.

DISCRIMINA FINITIONVM.

Discrimina finitionum

¶ De finitione nominis supra actū est, quæ cū potest

us etymologia quædam grāmatica sit, certam vocis significationē constituens, hic repertū non debet.

Sunt autē preter hanc, genera finitionū quatuor, in quibus omnibus præstandū est, vt finitio vim eius quod definitur, proprie ac adposite, explicet, ita, vt ne quid alienū ab eo quod finitur, describi aut finiri videatur, amissis em̄ pprietatis ē finitio. Proinde si quid ea admiserit impropriū, tota ratio dialectici artificij ruet, vt, inepta definitio est, Homo est animal bipes, Nam & gallus animal bipes est.

Genera finitionum quatuor.

Amisissis proprietatis finitio.

¶ Primū finiendi genus, definitio essentialis (vtendum em̄ est vulgari vocabulo) quæ absolutā rei naturam explicat, sit ex genere & differētia, vt homo est animal intellectuale. Sic virtus est adfectus bonus, Viciū est adfectus malus. Partes em̄ essentię iuxta pprietatē sermonis, sunt genus & differētia. Boetius referre cōfert (id quod & ego admodū probo) vt a summo genere per differentias ad vltimā ac ppriam vsq; progrediamur. Sic definiendo, Homo est substantia, corporea, animata, sentiens, intellectualis. Sic enim rei natura integrius, & absolutius videtur exprimi. atq; hic vides, qui sit vsus prædicamentorū quæ præscripsimus. Nempe, vt suppediet finitionū materiā. Et hoc quidē finiendi genere, nō licet euagari extra prædicamentū id, quo cōprehenditur finitū, sed eiusdem, generibus & differentijs vtimur. Nec essentię finitio est, vbi ex diuersis ordinibus quiddā cōtextitur. Hanc finiendi rationē crassius exprimūt, qui non tam sermonis, quam naturæ rationē habentes, finiunt, proprie notatis partibus rei, vt, homo est quod cōstat ex corpore & anima, intellectuali. Quæ finitio, ad causas pertinere videtur.

Definitio essentialis.

Boetius.

Vtus prædicamentorum.

Definitio causalis.

¶ Secundū finiendi genus, definitio causalis cōstat,

Ex quattuor
causis, quadru-
plex finiendi ra-
tio.

causalem vulgo vocant, atq; hæc vt proxime accedit ad essentialē, Ita non paulo vulgarior est essentiali. hac in primis Rhetores crebro vtuntur. Vt causæ quatuor sunt, ita quadruplex forma finiendi est, Efficiens, Persona, seu res faciens, vt pater gignens filiū, Materia est ex qua fit quidpiam, vt ex ligno mensa, ex panno vestis, Forma, est qua politur, ad ornaturq; materia, vt vestis forma, quā pannus cōsutus refert. Finis est gratia cui⁹ aliquid fit, vt corpora exercent valetudinis gratia. Iam licebit definitiones concipias ex vna, pluribusue causis, vt ex efficiente, Virtus est affectus diuinitus inspirat⁹. Causæ efficientis hæc finitio est, nam per autorem suū describo, virtutē, Ex materia & forma, vt panis est coctum quiddā ex farina, farina materies, coctum forma est. Ex fine, vt Domus est, quæ nos ab iniuria tempestatū vindicat. Materię formæq; finitio essentialis est. Sed maluerunt Dialectici vocare essentialē. quæ genere & differentijs partes naturæ notaret. Causalem, quæ suis nominibus, crasse partes exprimeret. Cæterū, inter essentialē & eam quæ ex materia & forma conflata est, nihil interest, præter figurā sermonis. Quid em̄ aliud est substantia, corporea, animata, sentiens, intellectualis, quā, qd̄ cōpositū est ex corpore, & anima intellectuali. Abdidit em̄ sese natura, in cōmunia qdā vocabula, vt, corpus signemus, per substantiā corporeā, animā, intellectualem designent reliquæ partes.

Essentialis.
Causalis.

Finitio p̄prijs
operib⁹ seu effectis
constās,

¶ Pertinet huc finitio, quæ proprijs operibus, seu effectis constat, qua ratione finiendi naud alia vulgarior est, vt, Sol est autor diei, dies em̄ est opus solis. Iusticia est quæ suum cuiq; tribuit, Suum cuiq; tribuere, est propriū iusticiæ officium.

Temperantia

¶ Temperantia est ratiōis in libidiuē atq; in alios

non rectos impet⁹ animi firma & moderata dominatio. Nam, imperare libidini, officiū est temperantiæ. Retulerit ergo in quocunq; themate spectare eius genuinum, & propriū officiū. Neq; em̄ solum finitiones hinc petunt, sed cōparationes Rhetoricæ, amplificationesq; , vt apud Paulum ad Ro. ca. viij. amplificatione pulcherrima, vereq; Paulina, conferuntur spiritus & caro. Petuntur item hinc formulæ argumentorū in suasorijs, honesti, ac vtilitatis. Ferme effectū finitiones, a proprio petuntur, vt homo animal est quod sermone vtitur, de quibus paulo post suo loco pluribus agemus.

¶ Tertium finiendi genus, definitio quæ membra rei explicat, vt corpus hominis est, quod constat capite, humeris, manibus, ventre, pedibus. In hūc modum, cū res in membra sua discerpitur, finimus per partitionē, vt si quis Ius ciuile id esse dicat, quod in legibus, Senatusconsultis, rebus iudicatis, iuris peritorū autoritate, edictis magistratū, more, æquitate consistit.

Definitio ex
membris.

¶ Quartum finiendi genus, definitio constans accidentibus, vbi multæ adsciticiæ formæ rem quampiam describunt, vt Mors vltima linea rerū. in his crebro vtimur genere cum accidente, vt Halcyon, auis est paulo amplior passere, colore ceruleo ex parte maiore, tantū purpureis & cādidis admixtis pennis collo gracili ac procero. &c. Larix, lignum est mellei coloris, immortale, nulliq; fissile rimis, Animantiū, arborū, gemmarū, herbarū, & similiū rerū finitiones ex hoc genere petuntur, atq; hoc finiendi genere, crebrius vtimur, q̄ modus humanæ cognitionis ferme, ex multis accidentibus vnam quandā substantiæ imaginē colligit Cæteræ substantiæ ipsæ ignorant. Neq; em̄ inter Catonem & Iuliu

Definitio ex
accidentibus.

Substantia cog-
noscutur ex ac-
cidentibus.

internosces, nisi ex figura, habitu corporis, oris, vo-
ce, statur, gressu, etate, discrimina colligas.

Finitionū tra-
cto.

¶ Habes definitionū formulas, quas vt diligenter
& accurate exerceas adhortor, q̄ ratio finitionū ap-
prime necessaria sit, cū ad iudicanda axiomata, tū
ad argumentorū inuentionē, id quod vsu ipsi didici-
mus, lapsos esse in iudicando graues, vt vidētur, au-
ctores, q̄a inepte finissent. Plane, exactæ ac metho-
dicæ disputatiōis, ceu fundamētū quoddā finitio ē.
Quare, si male finieris, nihil foeliciter substruxeris.

DE DIVISIONE.

Dulso.

¶ Quidā voces diuidunt in significata, vt polypū
in piscem & morbū. Verum, quia voces ambiguae
prorsus e dialectica exterminandæ sunt, & a gram-
maticis certa vox, certæ significationis petenda, de
hoc genere diuisionū, nihil p̄scripturū sum. Immo
adimoneo disputaturos, aut quicumq̄ priuatim ver-
fabuntur in grauib; ac asperis causis, vt primū p̄-
positi negocij certæ significationis vocabula consti-
tuāt, alioqui, fieri nō potest, quin in media disserta-
tione, rerum seopo excidant. Sic em̄ sefellit Pelagi⁹
hæretic⁹ catholicos, vt est apud Augustinū, q̄ alias
aliter gratiæ nomie vtebat, eo vno, vsus desperata
sape causa, perugio. hoc genus exempla in dialo-
gis Platonis crebra sunt. Sunt aut̄ genera diuisionū
num duo. Diuidimus em̄ genus in species per diffe-
rentias, vt animantiū, quod sermone vtitur homo
est, Muta, bos, leo, capra, & reliqua. Aut findimus
rem in partes, vt corpus in pedes, manus, ventrem,
caput. hoc diuidendi gen⁹ Cicero partitionem vo-
cat. atq̄ hic caue, quod & Marc⁹ Cicero admonet,
ne partes cū speciebus cōfundas. Species sunt quæ
genere continentur eodem, at ex ipsis genus nō cō-
sicitur. Partes, id quo continētur, conficiunt, sicut

Genera diu-
sionum duo.

Species
Partes.

animā, vis intelligēdi, & fons affectuum, Corpus
venter, caput, pedes, &c.

Commoditas
diuisionum.

¶ Apprime necessaria est ratio exacte diuidēdi, ad
rhetoricas distributiones, & amplificationes, vt to-
tus monstrum est, id hoc pacto dilatabitur; si ho-
minem in corpus atq̄ animū partiaris, deinde sin-
gulas corporis partes, singulas item animi partes
atingas, et animo & corpore mōstrum est, Ocus
los, os, vultū, totam deniq̄ corporis figurā inspice,
quid aliud q̄ mōstrum p̄ se ferūt? Atq̄ hęc oratio
nis ornamēta seu schemata, ex diuisione dialectica,
ceu ex fōte deriuātur, vt e singulis dialecticis locis,
singulæ ferme rhetorum figuræ, id quod in ratiōe
argumentandi ostendemus, nascantur.

¶ Addunt his diuidendi formis, & diuisionē rei in
accidentia, quod probo, cum accidētia differentia
vice vsurpātur, vt pharmacob; aliud salutare, aliud
pestiferū, nō p̄bo, cū accidētia q̄si partes rei explica-
m⁹, vt paries partim alb⁹, partim niger, Nondum
enim satis intelligo, hui⁹ formæ vsus esse quis pos-
sit, aut si quis est, diuisionē certe iēpte vocauerim⁹,
vbi rerum accidentia numerantur.

VSVS EORVM QVAE DE VOCIBVS
SIMPLICIBVS PRODITA SVNT.

¶ Hactenus de natura ratione q̄ vocū simplicium
diximus, vt in simplici themate tractando, habeas
quam sequaris regulam, ceu Thesei filiū. Plurimū
em̄, refert scire, quo ordine, qua via peruestigāda sit
cuiusuis thematis natura. Nam, & axiomatū & ar-
gumentorum iudiciū, pendet e simplicium thema-
tum ratione. Iam te lector adimoneo rem ipsam ad
animi iudiciū reuoces, vt intelligas, dialectica esse
non tam artem, quam quēdam naturæ captum seu
sensum, quo ducimur in peruestigandis, iudicādis
ue thematibus, quod vt intelligas, simplicium the-

Vfus eorū que
de simplicib;
vocib; prodita
sunt.

matum quæstiones præscribam.

Quid nomen significet.

Quid res sit.

Quæ causæ.

Quæ partes.

Quod officium.

Nomis vis om
niū primū cō-
tuenda,

Nam omnium primum, quocumq; themate ppo-
sito, nominis vim ipse naturæ sensus contuetur. p
inde, & primum in cuiusq; rei peruestigatiōe, certā
nominis appellationem cōstitue. Eam ob causam,
primū de finitione nominis, egimus, quæ a grāmas-
ticis petita, ceu initiū & caput dialectices est. Deins
de, cū de nominis significatione cōuenit, omniū pri-
mū, quid ea ipsa res sit, de qua proponitur, exquiri,
mens humana iubet. vt si scias, Cameli voce ani-
mal significari, statī quæres, quid animalis sit Ca-
mel⁹, Eam quæstionē finitio explicat, eaq; ipsa iā
ab ordinibus rerū, seu prædicamētis perēda est, quæ
fuerit operæ precium instructissima habere. Nam,
in hæc vniuersitatē naturæ totā digerere licet. Pro-
fuerit in rerum ordinibus, exercere iuuentutē va-
rijs exemplis, animantium, herbarum, gemmarū,
Locorum item cōmuniū, Iustitiæ, Temperantiæ,
Vitæ, mortis, fortunæ, & similiū. Iam in finitionib⁹
in primis causas rerum spectari velim. Neq; enim
vllæ finitiones rem propius declarant, quam, quæ
causis contextuntur. Proxima ergo finitioni quæ-
stio causarū est. vnde nata res sit. aut a quib. auto-
rib. pfecta. Posthæc inquiritur, ad multa ne perti-
neat thema, quā quæstionem, diuisio, cū in species,
tum in partes, declarat. vt, Iustitiæ in eam quæ i cō-
tractibus versatur, & eam quæ bonos præmijs au-
get, de malis supplicium sumit. Ibi sua sunt officia
cuiq; atq; hæc pluribus exēplis ita exercenda sunt,

Deide quid sit
res, quæ finiti-
one explicatur

Consilium

In finitionib⁹
causæ rerum
in primis spe-
ctade.

Quæstio.

Diuisio.

vt adsuescat iuuetus, quocumq; themate proposito,
statim eius naturam & conditionē ad has quæstio-
nes exigere. Nam ita fiet, vt quæ discēda sunt, certis
cōprehēsa finib. in promptu habeam⁹. Est enim ex
hac dialectices parte, par cōmoditas discētib. & c
docentibus. Sux fabris regulæ sunt, fila et amusses,
ita discētib. necesse est suos quosdam indices eē,
quos in peruestigatione rerum sequantur,

EXEMPLVM.

Quid nomē virtutis signat? affectum.
Quid virtus? affectus bonus.
Quæ causæ? Diuina vis.
Quæ partes? Tot q̄t affectuū sunt
Quod officium? Beare hoiem (mōi.)

DE PRONVNCIATO.
LIBER SECVNDVS

N negotio dialectico, in primis iucundū
est, q̄ quo longius progressus fueris, eo
magis sese aperit fructus atq; cōmoditas
artis. Nam, quod supra dixi, inter rheto-
rica & dialectica hoc interesse, q̄ splendi-

Liber secund⁹
de pronciato.

Certitudo dia-
lectica:

da rhetores, dialectici certa doceant, & p̄pterea ner-
uos omnes, & robur orationis rhetoricæ, a dialecti-
cis petendum esse, id hoc loco vel potissimū ex rati-
one pronciati deprehenderis, quod a dialecticis in
hoc tractatur, vt sit omnis orationis, omniūq; ar-
gumentorū ceu amusses quædam & regula, id qd
intelliges cū exposuero quid sit pronciatiū.

¶ Quod nonnulli axioma, Cicero pronciatum,
aliq; proloquiū, aliq; enunciationē, nostri p̄positionē
vocant, est indicatiua adeoq; simplicissima oratio,
qua certi quiddā significatur, vt Cicero est orator,
Cæsar vicit Pompeiū, inuidia comes est virtutis,
Partes axiomatis, subiectū & prædicatū, vocant.
Prior pars cui quid attribuit, subiectū est, Posterior

Axioma, pro-
nunciatiū, pro-
loquiū, propo-
sitiō, enuncia-
tiō.

Partes axio-
matis subiectū
prædicatum.

C ij

or pars, quæ subiecto tribuitur, prædicatū est. Atq; hæc nomina græcis debemus. Integrā orationē esse necesse est, ideo ex nominib⁹ & verbis constat, quibus nihil retulerit, sicubi addas aduerbia aut quæ vocant, adiectiua nomia, vt fortiter pugnavit Māri⁹, aut, vrbs antiqua ruit. Breuiter a grammaticis, immo a cōmuni sensu pete, q̄ sit integra, certa, indicatiuaq; oratio, eam pronunciatū vocabis.

VSVS PRONVNCIATI.

¶ Quandoquidē institui rationē dialecticā reuocare, ad animi iudiciū (neq; em̄ aliter vsus rei ostendero) pronunciatū quoq; vim ex ipsa natura, ceu fontib⁹ deriuabim⁹. Nam, eiusmodi quādā plane simplicissimā orationē præscribūt Dialectici, quæ citra calumniā, citraq; tergiuersationē, simpliciter, aut probetur aut improbetur, vera aut falsa cēseat, quæq; ip̄m animi sensum quā propriissime ac simplicissime referat, plixas disputatiōes & controuersias, argumenta item rhetorū figuris illustrata ornatatq; complecti anim⁹ homis nequit, nisi certa quādam periodo comprehendit, in qua ordinem, progressionesq; singulariū sententiarū, ceu in tabula, cōtueat. Proinde, longa oratio, in syllogismos cogit. Syllogismi in simplicia axiomata, vt apud Marcū Ciceronem in Miloniana, summa causæ toti⁹ hoc Syllogismo constat, vim vi arcere ius naturæ pmittit, Milo vim vi arcens, Clodiū occidit, iure igit̄ occidit. quē syllogismū cū tenueris, causam exacte tenebis. Postea licet orationis ornamenta & figuras contemplari, quanc; splendide singulas syllogismi partes persequatur. At periculū est, ne sententia frustreris, nisi axiomatis complexus fueris. Neq; em̄ quā aptæ sint probationes, vt consent sibi, temere cernas, nisi simplices sententias inter se contuleris.

Vfus pronuncia
ti.

Quæ simpli-
ciss. eadē & cer-
tissima est ora-
tio.

Ideoq; operæ p̄cium est, in cōtrouersijs, disceptationibusq; iudicandis argumenta statim in breues ac simplices sententias soluere. In primis autē, in vna; quac; causa tractanda, ipsum causæ scopū, quem rhetores statum vocāt, axiomatico cōplectere, cui in vniuersa disputatione, quā appositis: omnia argumēta cōpares. Nam, vt in ludis suæ sunt lineæ, suaq; signa certatibus, Ita in differendo, theses & axiomata, quibus disceptationū status comprehenduntur, vt toti⁹ disceptationis Milonianæ status est, Clodiū iure cæsum esse. Nolui pluribus exemplis onerare rudē iuuentutē. Quare satis sit admonuisse, q̄ in omnibus, quarumcūq; contentionum, siue sacrarum, siue profanarū argumētis, requirendæ sunt simpliciss. & certissimæ sententiæ, in quibus citra vllam ambiguitatē, quid verū, quid falsum sit, spectari queat, & ad quas omnia orationis ornamenta referantur. Et in enarrandis autoribus, censeo indicandum hoc differendi artificium adulescentibus. ne; pe, quo scriptorum sententiæ rectius adsequantur, & discendi labor ordine, quem ratio dialectica præscribit, minuat. Atq; hæc de vsu axiomatū. Porro pronunciatū distinguūt Aristotelici in simplicia, vt Cicero est orator, & Modalia, sic em̄ vocāt, vt necesse est ciuem tueri patriā, rursus modalia in composita ac diuisa. Ego modalia simplicib⁹ axiomatis cōprehendo. voco em̄ axioma orationē vnam, integram, & indicatiuā, vt excludere modalia pronunciatū non liceat. & quæ de modalibus ab istis prodita sūt, argutiora quā veriora magna ex parte vident.

Nota de statib⁹. Omnem statū simplici axiomatico cōprehendū esse.

Vtile consiliū.

De modalib⁹.

FORMÆ PRONVNCIATORVM.

¶ Pronunciatū quædā sunt vniuersalia, vt omnes ciues decet patriam tueri, neminē decet patriā deserere, quibus modis sententia vniuersalis efferatur, vis

Particularia :
Indefinita.

de Erasmi copiam, Quaedam particularia sunt, vt
quaedam animatia ratione carent. Quaedam indefini
ta, quib⁹ magna cognatio est cū vniuersalibus, cum
scilicet solū speciei, aut generis vocabulū vsurpatur
p omnibus indiuiduis, vt cum dicitur, Hominem
debet piū esse, significo omnes homines pietatē de
cere. Atq; haud scio, an vnquā sermonis pprietas
particularem oronem efferat indefinite, id qd' vul
go dialectici docēt. Quaedam singularia sunt vt, Vir
gili⁹ scribit. Sūt aut omnia, quæ proprijs nominib⁹
aut vicem illorū fungentibus, efferuntur. vt, Plato
docet, hic vir bonus est.

Contra vulg⁹.
Indefinitā ha
bere vim vni
uersalis.

Singularia.

Affirmatiua

Negatiua.

ALIA PRONVNCIATORVM FORMA.
¶ Pronunciata quaedam affirmatiua sunt, quæ citra
negationē efferunt, vt, Aeneas est pius. Quaedam ne
gatiua, quæ cum negatione efferuntur, vt, Aeneas
non est pius. In omni cōtrouersia, vide, vt quā sim
plicissimis pronūciatis declares, quid affirmes, qd
neges. Audiui em̄ disceptantes de arduis, vt videba
tur, reb⁹, inter quos de re ipsa plane cōueniebat, sed
quia scopos disceptationis non designarant certis
pronunciatis, iam huc, iam illuc contentione rapien
bantur, nec quidq; certi colligebatur.

ALIA FORMA PRONVNCIATORVM.

Necessaria

¶ Pronunciatorū, alia vera sunt, quæ cū rebus cō
sentiunt, Alia falsa, quæ cū rebus nō consentiunt.
Item, pronūciata quaedam sunt necessaria, quæ semp
vera sunt. Sunt autem in quibus finitio cum finito
iungitur, aut finitionis pars, aut ppriū de subiecto
dicitur, vt homo est animal intellectuale, homo po
test loqui. Quaedam sunt contingentia, quæ aliquan
do esse falsa possunt. Sunt autē in quib⁹ de substans
tijs accidentia dicuntur, aut de accidentibus, accidē
tia, vt Cicero est philosoph⁹, album est dulce. Atq;
hæc formula pronūciatorum spectanda diligenter

Contingentia.

est, in iudicandis, cum statibus disceptationū, tum
argumentis, quæ necessaria, quæ contingentia sint.
atq; hic vides, quid cōferat ratio, generis, speciei, in
diuidui, & aliorum, quæ supra tractauī.

Iam in hac pronūciatorum forma, obserua, qd' ac
cidentia bifariā efferuntur, aut simpliciter, cum for
mas tātum significāt, vt color, albedo, nigredo. aut
cum formas ita significant, vt in alijs rebus esse ta
men designent, vt album, nigrum. Posteriore figu
ra, de substantijs accidētia commode dicuntur, pri
ore nūq;. Falsissima em̄ orō est, Petrum colorē esse.

Accidentia bi
fariam efferun
tur.

DE OPPOSITIONE.

¶ In controuersijs diligenter spectandum est, quā
sententiā cui opponas. nec em̄ vna est opponēdi for
mula, & sæpe, quæ pugnare inter se videntur, re ipsa
cōueniunt. Primum in oppositionibus obserua, ne
qua incidat ambiguitas, in vocum significatiōib⁹.
Nam, vt nō pugnat diuersæ orationes, Aeneas pi
us est, Cæsar impius, ita nece, quæ variant ambi
guitate vocis, vt, Polyp⁹ est piscis, Polypus nō est
piscis, si in hac morbum, quem Polypon vocant, in
telligi velis.

De oppositiōe

FORMÆ PVGNANTIVM PRONVNCIA
TORVM TRES SVNT.

¶ Contraria, duo vniuersalia, vt omnis voluptas
est bona, nulla voluptas est bona, quæ nūq; simul
vera sunt. in cōtingentibus alicubi simul falsa sunt,
vt omnis homo est pius, nullus homo est pius.

Forme pugna
tiū, pronūciato
rum sunt tres.
Contraria.

¶ Subcontraria, particularia sunt, vt quidā homo
pius est, quidam homo pius non est, quæ nūq; si
mul falsa sunt, at vera in contingentibus simul esse
possunt.

Subcontraria;

¶ Contradictoria, constant ex vniuersali & parti
culari, aut singularibus, quæ nūq; simul, neq; ver
ra, neq; falsa esse pnt, vt Plato sedet, Plato nō sedet.

Contradictō
ria.

Omnis voluptas est bona. Contrariæ Nulla voluptas est bona.

Contradictoriae

Contradictoriae

Quaedam voluptas est bona Subcontrariæ Quaedam voluptas non est bona.

DE CONVERSIONE.

De conversione pronuntiatorum

¶ Vis conuertendorum pronuntiatorum, nisi apud sophistas non satis video, esse quis possit. Verum, quam ad naturam signorum vniuersalium, affirmatiuorum & negatiuorum, non parum conducit, subiiciam quoque conuertendi modos.

Vertendorum pronuntiatorum duae sunt formae.

¶ Vertendorum pronuntiatorum duae sunt formae, Simplex, qua in eisdem signis transferuntur subiecta & praedicata. quo modo vertuntur, vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua, vt nullus homo est brutum, apte verteris, nullum brutum est homo. sic quaedam voluptas est bona, apte verteris, Bonum quoddam voluptas est. Formam alteram per accides vocat, qua mutantur signa, atque hac vtuntur pronuntiatorum vniuersalia affirmatiua, vt omnis voluptas bona est, apte verteris, bonum quoddam est voluptas. atque hic vides, vt vis negationis vniuersalis, diffundatur in omnes pronuntiatorum partes, affirmandi signum non item, Quae

re vniuersalis negatiua simpliciter vertitur, Affirmatiua per accidens, In causa est, ipsa sermonis nostri proprietates. Vulgo dialectici & aequipollentias, vt vocant, praescribunt, & in pronuntiatorum ratione vix in vilo loco plus negotij est Aristotelicis. Verum has, cum plane ad gramaticos pertinere intelligamus, quid attinet hic repetere? An quisquam puerorum est, qui ignoret idem esse, nemo hominum non est pius, quod, omnis homo est pius. Quare te lector admoneo, magis ex ipsa vulgaris sermonis ratione velis aequipollentium vim colligere, quam ex istorum regulis. Iam, quae nugantur Aristotelici de infinitis, vt non homo, tam insulsa sunt, vt & hic meminisse pigeat. Quis est enim infinitorum, in communi sermone, in disputationibus argumentorum ciuiliu vsus? Dialectica enim quatenus seruiunt inuentioni, iudicio & dispositioni, praescribimus. Nugas, quae a ciuili sensu remotae sunt, relinquemus his, qui non aliud a Dialecticis petunt, quam, rixandi, cauillandi, nugandi materiam.

De Aequipollentibus.

Consilium.

De nomine infinito in quo & Graeci hallucinantur.

DE PRONUNCIATO HYPOTHETICO.

¶ Haecenus de pronuntiato dixi, eoque simplici, quod definit orationem vnam, integram, absolutam, et indicatiuam. Addunt pronuntiatorum & hypotheticas orationes dialectici. Verum, mihi visum est, earum rationem argumentationibus subiicere, quibus cum hypotheticis non inepte conuenit. Neque vero cognosci exacte possunt, nisi syllogismi natura cognita. Iam, cum hypotheticae sint ex simplicibus multis contextae, iudicium quoque earum est e superioribus petendum.

De Pronuntiato hypothetico.

De Hypotheticis in tra.

DE ARGUMENTATIONE,

LIBER TERTIVS.

De argumen-
tatione, liber
tertius.



X NULLA parte dialectices plus fructus est, quam ex ea, quam hoc libro absoluemus, in quo formulas argumentorum tractabimus.

Quis enim simplicium vocum, quis axiomatum usus fuerit, nisi ex eis contexamur argumenta? Primum ergo, quæ debeat esse argumenti cuiusque forma, describemus.

Hic de forma, non de materia argumentorum agitur.

Non hoc agimus, vnde petas argumentandi materiam, sed qualis argumenti forma esse debeat, docemus. atque adeo, ut de quouis argumento iudicare possis, apte ne cohæreat an non. Neque enim temere quæcumque pronuntiatorum cogeris, syllogismum aut enthymema conficit, sed finibus quibusdam comprehenduntur axiomata, e quibus syllogismus conflatur. Atque hi in hoc circumscripti sunt, ut sit certa, euidensque sententia, quam probas aut refellas.

Fructus totius dialecticæ.

Nullæ Rhetorum probationes certæ solidæque sunt, nisi ijs formulis, quas subiiciemus, circumscripti queant. Quod qui non videt, totius dialectices fructu sese frustrari sciat. In causis rhetorum, tam sacris, quam prophanis, retulerit sic exerceri iuuentutem, ut interim, breues sententias, figuræ sue integris syllogismis exponant, interim prolixas contentiones, arctis, certisque syllogismorum iuncturis vinciant & adstringant. Quo genere exercitatiois, facile, & totius orationis nervos, & argumenti ordinem atque dispositionem fuerit assequi.

Consilium,

Sequi nobis libet, scholarum consuetudinem, in numerandis argumentorum paradigmatis seu formis, ne prodigiosa nouitate, rem per sese non admodum difficile, obscuremus. Sunt autem formæ argumentorum quatuor, Syllogismus, Enthymema, Inductio, Exemplum. His addetur alia quedam, ut infra cernes,

Quatuor sunt formæ argumentorum,

DE SYLLOGISMO CATHEGORICO SIMPLICIO VE,

I Perfertissima argumentorum forma syllogismus est, quem Cicero ratiocinationem vocat, frequenter scribit a peripateticis maxime deinde a rhetoribus, ijs, qui elegantissimi atque artificiosissimi putati sunt. Est autem oratio, in qua ex duobus pronuntiatis, necessario complexio aliqua, seu conclusio, consequitur. Partes sic exequuntur Aristotelici, ut dicant, syllogismum contexi ex tribus terminis seu vocabulis simplicibus, quæ duo pronuntiata conficiunt. Et se igitur syllogismi partes tres terminos, duasque propositiones. ut, Quod appetitur, bonum est, Voluptas appetitur, Bona igitur est. Hæc oratio, syllogismus est, habetque vocabula simplicia tria, Quod appetit, bonum, & voluptatem, & axiomata duo, Quod appetitur, bonum est, & voluptatem appeti, ex quibus necessario consequitur conclusio, bonum esse voluptatem. Iam terminos sic vocant, eum qui bis usurpatur, hoc est, in priore & posteriore axioma, Medium nuncupant. Eum qui in priore propositione tantum usurpatur, maiorem nuncupant. Minorem, eum, qui in posteriore usurpatur. Quare in syllogismo, quæ præscripsimus, appeti, medium est, Maior, bonum, Minor, voluptas. Et vide accurate, ne plures tribus terminos in syllogismo admittas. Magna enim pars fallaciæ, & sophisticæ argumentationum, hoc peccat, quod quatuor terminis conficit syllogismus, Nec variet vis vocabulorum, id quod nusquam non caueri vult dialecticus. Male enim argumentaberis, si sic colliges, Omnis polypus est piscis, morbus quidam polypus est, ergo morbus quidam piscis est. Si euius, in felicissima me colliges, nisi duo simplicissima axiomata consuas, in quibus vocabulum vnum bis usurpetur. At reuocemus syllogismi naturam ad animi iudicium, ut intelligatur esse naturalis quedam thematis præbatio methodus, & sic compingitur, ut aliter non possit, aut debeat

De syllogismo Cathegorico.

Syllogismus seu ratiocinatio.

Partes syllogismi sunt tres termini, et duo pronuntiata.

Medium.

Maior.

Minor.

Ambigua.

Dialecticæ cer-
tudo.

Atque hic dialecticæ certitudinē est spectare, quæ nullæ sunt Rhetorū probationes, quæ non possint, quocumque modo dictæ, aliter dici. verum, dialecticæ probationes ab ipsa natura sic nobis præscriptæ sunt, ut quod ad argumentorū formā pertinet mutari nullo pacto queant. Quem syllogismo rui vsum, utinam deprehendissent scholæ, & ostenderēt, quicūque oratores, tum sacros, tum prophanos enarrāt, ut spectari possent necessaria, & inuiolabiles thematum probationes. Neque modo sic eruditi colligunt, aut ratiocinantur, Sed & pueros & idiotas ipsa docet natura ratiocinari, Equorum ore iudicium syllogismi pete, non e rancidis dialecticorū cōmentarijs. Et primum quidem syllogismus probatio alicuius thematis est. proinde, thema, primum animo concipe, quod argumento probaturus es, eritque syllogismi quem confecturus es, cōclusio. Vulgo qui syllogismos conficere docent, non admonent e thematibus, ducēdos, id quod maxie referebat. sint ergo themata, Voluptas bona est, Clodius iure cæsus est, Mūsdus pudentia regit. Singula singulis syllogismis probaturus, causam quæres, aut iudiciū quodcūque, quare voluptas bona sit, quare Clodius iure cæsus sit, eamque causam cum thematis posteriore parte seu prædicato, primum pducas, eritque axioma seu cōmunis quædam sententia aut gnome, aut locus cōmunis. ut Quidquid appetitur, bonum est. cuius vis repelli debuit, is iure cæsus est. deinde, causam hoc axioma expressam, compone cū subiecto seu priore parte thematis, ita apte sequetur cōclusionis seu (ut Cicero vocat) cōplexionis vice, thema. Hæc quidem syllogismi natura est, & sola animi cogitatione deprehendi potest. Principalis cuiusque argumenti pars, subiectum, hoc est primū vocabulum

Ratio componendi syllogismi.

thematis, est, de quo illo aliquid dicitur. ut Voluptas est, bonum. vox principalis, basisque totius disputationis voluptas est, de qua bonū dicitur. propterea cū vestigatur, quare de voluptate dicatur bonū, prima syllogismi pars, seu primū axioma cōficiet, deinde, ea ipsa causa ad voluptatē, adeoque ad cuiusvis thematis subiectū applicata, posteriorē syllogismi partem conficit. Posterior thematis pars in primū collocari axioma debet, cum causa probante, prior thematis pars occupat secundum axioma, cū causa probante, quam Aristotelici mediū vocant. Hic vero ordo, ut a natura præscriptus est, ita necessarius est, & immutari nequit. estque ois syllogismus consequentia, ut vocant, necessaria.

QVID M. CICERO SYLLOGISMVM VOCET,
ET QUOMODO CONFICIAT.

¶ Velim artificium dialecticum, cum rhetoricis, ita semper cōparari, ut spectaretur idem esse finis, idemque vñs rhetoricæ ac dialecticæ. Quare & hoc loco visum est mihi conferre, quæ de syllogismis ab Aristotelicis prodita sunt, cū his, quæ sunt apud Marcum Ciceronem in libris de inuentione, Item apud Fabiū de Epicheremate libro quinto. Et plane re ipsa, cum M. Ciceroni, tum Fabio nobiscum cōuenit, etsi verbis non nihil a nostro vñs remotis, discrepare videatur. Verba eius, si quis requiret, subiiciam, RATIOCINATIO, est oratio, ex ipsa re probabile aliquid eliciēs, quod expositum, & per se cognitum sua se vi, & ratione confirmet. Hoc de genere qui diligentius considerandū putauerunt, cum idē in vñs dicendi sequerentur, paulum in præcipiendi ratione dissenserunt. Nam partim quinque eius partes esse dixerunt, partim non plus, quam tres partes

Quid M. Cicero syllogismum vocet, & quomodo conficiat.

Ratiocinatio.

Quinq; syllogismi partes.

posse distribui putauerunt. Eorum cōtrouersiam non incommodum uidetur, cum vtrorūq; ratione exponere. Nam & breuis est, & non eiusmodi, vt alteri prorsus nihil dicere putentur, & locus hic nobis in dicendo minime negligendus videtur. Qui putant in quinq; distribui partes oportere, aiūt primum conuenire, exponere summam argumētationis, ad hunc modū, Melius administrant, quæ consilio geruntur, quam quæ sine consilio administrantur, Hanc primam partem numerāt, eam deinceps rationibus varijs, & quam copiosissimis verbis approbari putāt oportere, hoc modo, Dom^o ea, quæ ratione regitur, omnibus instructior est rebus, & apparatus, quam ea quæ temere, & nullo consilio administratur. Exercitus is, cui præpositus est sapiens & callidus imperator, omnibus partibus cōmodius regitur, quam is, qui stulticia, & temeritate alicuius administratur. Eadē nauigij ratio est. Nā nauis optime cursum conficit ea, quæ scientissimo gubernatore vtitur. Cum propositio sit hoc pacto approbata, & duæ partes transierint ratiocinatōis, tertia in parte aiunt, quod ostendere velis, id ex vi propositionis oportere assumere, hoc pacto, Nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus administratur, Huius assumptionis quarto in loco, aliam porro inducunt approbationem, hoc modo, Nam & signorum ortus & obitus, definitū quendam ordinem seruant, & annuæ commutationes, non modo quadam ex necessitate, semper eodē modo fiunt. Verum, ad vtilitates quoque rerū omnium sunt accommodatæ, & diurnæ nocturnæq; vicissitudines nulla in re unquam mutata, quicquā nocuerunt. Quæ signo sunt, omnia non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari.

Propositio maior comprobatur.

Assumptio minor approbatur.

Quinto inducunt loco complexiōnem, eam, quæ ^{Complexio,} aut id infert solum, quod ex omnibus partibus ^{Conclusio,} cogitur, hoc modo, Cōsilio igit mundus administratur, aut vnum in locum cum conduxerit breuiter propositionem & assumptionem, id adiūgit, quod ex his conficiatur, ad hunc modum, Quod si melius geruntur ea, quæ consilio, quam quæ sine consilio administrantur, nihil autem omnium rerū melius, quam omnis mundus administratur, consilio igitur mundus administratur. Quinque partitam igitur hoc pacto putant esse argumentationē. Qui autem tripartitam esse dicunt, nō aliter putāt tractari oportere argumentationem, sed partitionem horum repræhendunt. Negant enim, neq; a propositione, neq; ab assumptione, approbationes earum separari oportere, neq; propositionem absolutam, neq; assumptionem sibi perfectam videri, quæ approbatione confirmata nō sit. Quare, quas illi duas partes numerant, propositionem & approbationem, sibi vnam partem videri propositionem, quæ si approbata nō sit, propositio nō sit argumētationis. Item, quæ ab illis assumptio, & assumptiōis approbatio dicit, eandē sibi assumptionē solā videri. Ita fit, vt eadē ratiōe argumētatio tractata, alijs tripartita, alijs quinquepartita videatur, atq; hæc Cicero ferme iisdem verbis, eadem sunt prodita a Quintiliano de Epicheremate, vocat em̄ Quintilianus Epicherema, quod Cicero ratiocinationē. Neq; aliud est, re ipsa, siue epicherema, siue ratiocinatio, quam syllogismus, Finiūt Cicero paulo obscurius syllogismum, Deinde, in quinq; partes dissectiuit, propositionem, approbationē propositionis, Assumptionem, assumptionis approbationem, & ^{Propositio,} ^{Assumptio,} ^{Complexio,} Complexiōnem, Quas partes, nostro more lice

Eadem syllogismus, Epicherema & ratiocinatio.

bit voces Maiorem, maioris confirmationem, Minorem, minorisq; probationem, & conclusionem, Nam, quod pronunciatorum probationes in syllogismi parte numerat, magis materiae argumentorū, quā formæ rationē habuit. Verū, hic nō agit, vera sint axiomata, nec ne, sed quomō inter se cohæreat, quoq; ordine coniuncta sint & quot voces, quotq; pronunciata compingi possint in syllogismū. alioqui, si addas axiomatis probationes, iam nouus syllogismus scōtexitur. deinde, pleriq; syllogismi eius modi sunt, vt vel citra confirmationes, satis declarēt conclusionē, quales ex Mathematicis peti possunt, qui rem oculis subijciunt. Sed de Rhetorica, hoc ē, probabili argumentatione loquebatur Cicero, quæ figuris & schematibus oratorijs illustrat. Nos simplicissimam & certissimā argumentandi rationem præscribimus. Nec aliud est, vel Ciceroni ratiocinationis, vel Quintiliano Epicherema, quam quod dialecticis syllogismus. Sic Marci Ciceronis ratiocinationem omissis probationibus in syllogismū dialecticū rediges, Quod optime administratur, consilio administratur, Maior, Propositio. Mundus optime administratur, Minor, Adsumptio. ergo Mundus consilio administratur, Conclusio, Complexio. Atq; hunc syllogismum vides, quam copiose, quā eleganter dixerit Cicero. Nec inutile fuerit, Ciceronis exemplum sequi, in expoliendis ornandisq; syllogismis, iuxta rhetoræ præcepta. Nam, vt volo dialecticam certamq; argumentandi formam exacte cognosci, ita vehemēter optarim, oratorio cultu tenuitatem dialecticam locupletari, ne iciuno dicendi genere, sterilecant ingenia.

DE FIGURIS SYLLOGISMORVM.

¶ Tres figuras syllogismorū Aristotelici prodide

Quod Cicero
ni est ratiocina
tio, hoc Quin
tiliano est Ep
icherema, & di
alecticis syllo
gismus.

Ciceronis ex
emplum imi
tandum,

De figuris syl
logismorum.

re, duas priores volo studiosis quam cōmendatissimas esse, Tertiam, neq; rejicere, neq; probare animus est. Nam, cum in syllogismis ipsa natura poscat causam seu medium, in quo vis est argumenti, de subiecto conclusionis per affirmationem aut negationem prædicari, In tertia figura subiectū conclusionis de medio prædicat, ordine naturæ puerso. Quo fit, vt ratio argumentandi iuxta tertiam figuram, cum sit obscura, a cōmuni oratorum vsu abhorreat. Et haud scio, an vnq; legerim argumentū aptum tertiæ figuræ, iam & syllogismi natura maiorem vniuersalem, si recte cōtēpleris, poscit, quod satis constat non obseruari omnibus tertiæ figuræ modis. Rursus, quom dialecticus præcipiat alicubi, nō tam qd fieri solet, quā quod potest, visum est, & hanc qualencūq; argumentandi formam, a veteribus traditam præscribere. Nec desunt argumenta syllogismi naturam excutiēti, cur syllogismum expositoryum quem vocāt, omittam. Neq; em̄ euidens probatio est hæc syllogismi forma, qua sic ratiocinamur, probaturi pietatem esse iusticiam, hoc est pietas, & hoc est iusticia, ergo pietas est iusticia. Deinde, vt omnino ad expositionem argumenti, quod ad materiem pertinet, aliquid conducatur, certe formæ argumentorum & consequentiæ, de qua hic sola agitur, nihil confert. iam & syllogismus expositoryus potius est singularum propositionum explicatio, quam toti⁹ syllogismi quo magis miror, quid in mentem venerit scholis, cur syllogismos tertiæ figuræ hoc modo probarent.

REGVLAE.

¶ In syllogismis, necesse est vnā aliquam vniuersalem esse, præstiteritq; maiorem vniuersalem esse, si naturam syllogismi recte introspicias. Et tertiam

E

Tertia figura
reicitur.

De syllogismo
expositoryo.

Regulae.

In omni syllogismo necesse est maiore esse vniuersalem. Nā, syllogismus est argumentatio ab vniuersalibus ad singularia. figuram minus probo, q̄ maiorem admittit particularem. Proinde, inepte colligas & ineffaciter ex solis particularibus, Item ineptius ex solis negatiuis. Iam, in syllogismo, si qua fuerit particularis aut negatiua, sequetur complexio seu conclusio particularis aut negatiua.

DE PRIMA FIGVRA.

De prima figura.

In formis syllogismorum prima perfectissima.

¶ Prima figura syllogismorum, & creberrime vsurpatur, & naturæ proxima est, & forma ratiocinandi longè euidentissima. Est autem, in qua mediū siue causa conclusionis, in maiori subiecti vice, in minori prædicati vice fungitur. Sic enim conuenit in absoluta ratiocinatione, id quod intelliges, si ad animi iudicium reuocaris. Nam, ideo prædicatum conclusionis de subiecto conclusionis dicitur, quia de eo prædicatur, quod idem est cum subiecto, nempe de medio.

¶ Modi quatuor sunt, Vniuersalis affirmatiuus, Vniuersalis negatiuus, & qui ex his nascuntur, particularis affirmatiuus, & particularis negatiuus. vulgo appellantur Barbara, celarent, darij, ferio, quibus nominibus docendi gratia nos quoque utemur. His quatuor modis necesse est contineri omnes syllogismos primæ figuræ. Nec vlli apte extra hos modos in prima figura texuntur.

Bar Omnis iusticia est virtus,
 ba Omnis pietas est iusticia, ergo,
 ra Omnis pietas est virtus.
 Ce Nulla iusticia est vicium,
 la Omnis pietas est iusticia, ergo,
 rent, Nulla pietas est vicium.
 Da Omnis hominū societas, legibus muniri debet,
 ri Ciuitas est hominum societas, ergo,
 i Ciuitas legibus muniri debet.

Notæ literarū
 A, vniuersalis affirmatiua.
 E, vniuersalis negatiua.
 I, particularis affirmatiua.
 O, particularis negatiua.

Fa. Nulla hominū societas, legibus muniri debet,
 ri Ciuitas est hominum societas, ergo,
 o Ciuitas legibus, muniri non debet.

¶ His adduntur modi Baralipon, celantes, dabitis, O infulsos homines, qui putarunt vsuā vsu esse cōclusionis indirectæ, quam vocant. Satis scio cōuerti posse pronunciatum, Omnis pietas est virtus, in hoc, quædam virtus est pietas. At supra admonui, conuersionis vsu me nō videre apud oratores, aut in tota ratione loquēdi. ad sophistas hæc nugalia pertinent, qui sic dialectica tractant, vt eorum vsu penitus ignorent. Nam, quis vel insanus sic colligat.

Omnis iusticia est virtus,
 Omnis pietas est iusticia, ergo,
 Quædam virtus est pietas.

Nec enim conclusio talis ex his pronunciatis proprie consequitur, quare syllogismus dici non debet, in quo non apte cum maiore ac minore cohereret conclusio.

DE SECVNDA FIGVRA.

¶ Secunda figura, est in qua medium, tam in maiore, quam in minore prædicati vicem defungitur, estque eius admirabilis vsus in coniecturalibus argumentis, planeque in omnibus quæstionibus, vbi e posteriore prius quiddam, ceu per cōiecturas vestigam⁹. Incredibile est, quantam commoditatem ex hac argumentandi forma percepturus sis, si diligenter eam in coniecturis exercueris, vt, Episcopus non belligeratur, Iulius belligeratur, non est igitur Episcopus. Hac argumentandi forma, & Cicero cū alibi crebro, tum pro Mar. Coelio vti, sic colligēs, Nemo voluptarius literarū studiosus est, at Coelius literarum studiosus est, voluptarius igitur non est,

Reiciuntur modi quidam primæ figuræ

De secundæ figuræ.

Secundæ figuræ vsus est in coniecturis.

Locus M. Ciceronis in oratione pro Caelio.

quem syllogismum oratorio more copiosissime exponit Cicero, Primum complexionem ipsam proponens, deinde minorem, post maiorem. Nam hoc ordine fere & Demosthenes utitur. Verba Ciceronis, quo assuescat iuuentus ad iudicium per exempla, subiiciam. At vero in M, Caelio (dicam enim iam confidentius de studiis eius honestis, quæ audeo vestra quadam fretus sapientia, libere confiteri) nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum æs alienum, nulla conuiuiorum ac lustrorum libido, quod quidem viciis ventris & gutturis, non modo non minuit ætas hominibus, sed & auget, Amores autem, & hæc deliciae, quæ vocantur, quæ firmiore animo præditis, diutius molestæ non solent esse, mature enim & celeriter deflorescunt, nunquam hunc occupatum, impeditumque tenuerunt. hæcenus Cicero thema seu complexionem syllogismi proponit, Caelium non esse voluptarium. de hinc minorem producit, instructissimam illam quidem ut omnia, his verbis, Audistis cum pro se diceret, audistis antea cum accusaret, (defendendi causa hæc non gloriandi eloquor) genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque verborum, quæ vestra prudentia est perspexistis, atque in eo non solum ingenium elucere eius videbatis, quod sæpe etiam si industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus, Sed inerat (nisi me propter beneuolentiam forte fallebat) oratio & bonis artibus instructa, & cura & vigiliis elaborata. Hæcenus Cicero argumenti minorē duxit, quam exornat, munitque adiecta maiore. omnis enim maior in duabus prioribus figuris, conformatio quædam gnomica est. Sic vero ille, Atque scitote iudices, eas cupiditates, quæ obijciuntur Caelio, atque hæc studia, de quibus

Gnomica conformatio, moralis sententia est.

disputo, non facile in eodem homine esse posse. Fieri enim non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, spe nimia, copia, inopia etiam nonnunquam impeditus, hoc quidquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verum et cogitando possit sustinere. atque hæc forma maior est argumenti. Possem hoc genus innumera, cum ex prophanis, tum ex sacris oratoribus producere, nisi nollem iuuentutem obscuris alicubi exemplis onerare. Obseruet quisque argumentorum ordinem, rationemque diligenter in optimis quibusque scriptoribus, quo & illorum sententias certius assequatur, & imitari, si quando usus postulabit, facilius queat.

MODI SECUNDÆ FIGURÆ QUATVOR,
NEGATIVI OMNES.

Modi secundæ figuræ sunt quatuor.

Ces Nemo bonus est amans gloriæ,
a Omnes philosophi sunt amantes gloriæ, ergo,
re Nemo philosophorum est bonus.

Cam Omnes boni sunt contemptores gloriæ,
es Nemo philosophorum contemnit gloriā, ergo,
res Nemo philosophorum bonus est.

Fes Nemo voluptariosus est studiosus literarum,
ti Caelius est studiosus literarum, ergo,
no. Caelius non est voluptariosus.

Ba Omnes pii grati benefactoribus sunt,
ro Nero non fuit gratus benefactori, ergo,
co Nero non fuit pius.

¶ Postulat hic locus, ut & de reductionibus, quas De reductione vocant, non nihil dicam, quibus secundæ figuræ ostensiuæ, syllogismi in primam figuram conuertuntur. His equidem non tam ostendi, probariue syllogismos censeo, quam mutari, ut iam non eadem sit ratio

natio, idemq̄ argumentum quod prius erat, Nempe mediū, in quo tota vis argumenti consistit, ratione mutata, vt in animantium corporibus citra prodigij speciem, ita in syllogismis nihil transferre licet. Deinde, cum fateantur scholæ, non posse omnes modos conuerti in primam figuram, quorsum attinet, iuuenū ingenia ineptis reductionum formulis onerare? Porro, miror, quid in mentē venerit scholis, cur ad formam syllogismorum declarandam, & reductionem per impossibile, quam vocant, aduocarint, cum ea ad materiam tantum syllogismorum, hoc est, veritatem & falsitatem pronuntiatorū excutiendam, pertineat. Quid enim ordini iuncturisque syllogismi lucis accesserit, per pronuntiatorū comprobationes, quæ materiam non formam syllogismi adiuuant? Vt in ædificio, item in statua, alias materia, alias structura formaq̄ spectatur, Ita syllogismorum formam, collocationem, & compagem, seu mauius harmoniam vocare, non materiam hoc loco spectamus, Quo ordine, quam apte cohæreat conclusio cum maiore ac minore, quæ tribus terminis coniunctæ sunt, hic potissimum obseruabis. Est autem reductio per impossibile, plane rhetoricum schema, quo a contrario argumentamur. Nam, sermonis natura fit, vt comparatione contrariorū, omnia argumenta, clariora, magisque perspicua fiant, vt si declaraturus sis, quam foeda res bellum sit, non queas aptius, quam, si cum pacis comodis bellorum mala conferas. Quantum laudis sobrietas mereatur, clarissime ostenderis, si quid sit in ebrietate turpitudinis & incōmodi, declaraueris. Hoc genus innumera sunt exempla, cum in prophanis, tum in sacris scriptoribus. Nec vllō, quod sciam, schemate

Reductio per impossibile, e argumentum a contrario,

Reductio impossibile schema est rhetoricum quo a contrario argumentamur,

libentius vti Rhetores videntur, quam comparatione contrariorum, de quo infra in locis argumentorum plura dicemus. Atq̄ huc quidem reductio per impossibile pertinet, hæten⁹ obscure sordideq̄ a scholis dialecticorum vulgaribus tractata.

DE TERTIA FIGVRA SYLLOGISMORVM.

¶ Tertia figura est, in qua, medium subiecti vice, in maiore ac minore fungitur, quæ ratio argumentandi, est & a communi sensu aliena. Nam, cū in omni argumentatione præstandum sit, vt medium sit apta causa, cur prædicatum conclusionis de suo subiecto dicat̄, & tertia figura mediū ad conclusionem non satis accommodet, non est, vt ea vtamur. Et inepte accommodari medium ad conclusionem intelliges, cum tertiæ figuræ syllogismū in Enthymema solueris. Nam, cum omnes syllogismi commode in enthymemata solui possint, tertiæ figuræ ratiocinationes, non possunt. quia medium male cum conclusione quadrat, vt si sic argumenteris.

De tertia figura.

Tertia figura reticienda.

Homo est animal,

Homo est substantia, ergo,

Substantia est animal, Iam qualis erit ratiocinatio, si Enthymemate vtaris, vt homo est substantia, ergo substantia est animal. quo modo si quis argumentetur, quid quæso effecerit? Adijcerem equidem plura argumenta, quibus apud me fit, ne tertiam figuram plane probem, nisi nollem iuuenum animos argutijs impedire. Hoc enim ago, vt explicem dialectica, non vt obscurem.

SINGVNTVR MODI FIGVRAE TERTIAE SEX.

Da Omnis homo est substantia,
rap Omnis homo est animal, ergo,
ti Quoddam animal est substantia.

Sex finguntur modi tertiæ figuræ.

Fe Nullus homo est lapis,
lap Omnis homo est animal, ergo,
ton Quoddam animal non est lapis.

Dis Quidam homo est substantia,
a Omnis homo est animal, ergo,
mis Quoddam animal est substantia.

Da Omnis homo est substantia,
tis Quidam homo est animal, ergo,
i Quoddam animal est substantia.

Bo Quidam homo non est lapis,
car Omnis homo est animal, ergo,
do Quoddam animal non est lapis.

Fe Nullus homo est lapis,
rif Quidam homo est animal, ergo,
on Quoddam animal non est lapis.

Duae tantū fl-
guræ proban-
tur, tertia rej-
citur.

Atq; hæ sunt syllogismorum figuræ, quarum duas
bus recte uti queas, tertiã repudiari velim. Quid
quid argumentorum in rhetorica themata incidet
rit, colliges concludesq; in syllogismi formam, ut
vim argumenti, probis circumscripti formulis, cer-
to comprehendas. Nunc de reliquis argumentans
di formis, quas ferme licebit in syllogismos con-
uertere, & ad syllogismi structuram, ceu regulam
exigere.

DE ENTHYMEMATE.

De Enthyme-
mate.

¶ Observandū est accurate, quod admonuimus
supra, de syllogismo, ut dialecticis cum rhetoribus
conueniat. Eadem enim ratio argumentandi apud
Rhetores & dialecticos est, eademq; argumentorū
structura, nisi, q̄ certior dialectica, liberior rhe-
torica est. Quare, quem dialectici syllogismum vo-

cant, tribus vocibus aut duobus pronunciatis col-
lectam conclusionem, Cicero ratiocinationem vo-
cat, Quintilianus Epicherema. sed in ratiocinati-
one, seu epicheremate, præter simplicis breuisq; syl-
logismi partes, a rhetoribus probationes pronun-
ciatorum numerantur. Et inter syllogismum & epi-
cherema (quod Cicero ratiocinationem vocat)
interesse Fabius censet, q̄ syllogismus constet ne-
cessarijs certisq; pronūciatis. Epicherema pbabili-
bus. Atqui, hoc materiæ discrimen est. Quod ad
formam & structuram attinet epicherematis, pla-
ne sciant studiosi, idem esse Epicherema seu ratiocis-
nationem rhetoribus, quod syllogismus dialecti-
cis est, Quod qui obseruauerit, facile explicabit Ci-
ceronis & Quintiliani locos de argumētationū
formis. Cæterum, ut hoc obiter adnotem, vocabu-
lum epicherema, græci pro quocunq; argumento
communiter vsurpant, significatq; ut veteres ex-
posuerunt, aggressionem, hoc est sententiam, qua
adorimur, aut aggredimur propositum thema, seu
conclusionem. Omnis enī conclusio est thema pro-
bandum. Syllogismo proximum est, quod Enthymema,
mema vocant, quo cum dialecticis plane conuenit
rhetoribus. eandem enim argumentorum formā,
eodemq; nomine, enthymema, & Rhetores, & Dia-
lectici vocant. Est autem enthymema imperfectus
syllogismus, hoc est, aut maior cum conclusione,
ut omnes ciuitates decet legibus constituere: Athe-
nas igitur decet legibus constituere. Atq; hic vides
omissam minorem: Aut minor cum conclusione,
ut, Nemo male uti virtute potest, Bona igitur vir-
tus est: Hic omissa maior est: Id bonum esse, quo ne-
mo male uti potest. Absolues igitur Enthymema,
adiecta, aut maiore, aut minore propositione. Nā

Syllogismus,
Epicherema,
Ratiocinatio.

Epicherema.

Enthymema.

Enthymema
est imperfectus
syllogismus.

utra desit, ipse naturæ sensus indicat, & exercenda est iuuentus. Partes Enthymematis dicuntur, Antecedens, & consequens. Quod si in antecedente & consequente idem est subiectum, deest maior, vt, Clodius insidiator est, ergo, Clodius iure cæsus est.

Hæc exempla pertinent ad primam figuram syllogismorum.

Deesse maiorem vides, iure insidiator vt hostis occiditur. Quod si in antecedente & consequente, idem predicatum est, deest minor, vt, insidiator vt hostis iure occiditur, Clodius igitur iure cæsus est.

¶ Et in hunc modum, mutilat⁹ syllogismus, forma est enthymematis. Quintilian⁹ aliud ex pugnantibus duxit, aliud ex consequentibus &c. quæ diuisio non ad formam enthymematis pertinebat, sed ad locos, vnde omnium argumentorum materies petitur. Iam syllogismo in certis, & quæ conuelli non possunt crebrius, Enthymemate frequētius in probabili⁹ vtimur. quo fit, vt familiare sit poetis. sic apud Ouidium omiſſa minore syllogismi, enthymema est, ex maiore & conclusione.

Quid sit locus.

Quando ego non timui, grauiora pericula veris; Res est solliciti plena timoris amor. Antecedens enim est, amorem solliciti timoris plenum esse, consequitur, se timuisse, vel quæ fieri non possent. Est vbi constat enthymema ex minore & conclusione, vt,

Locus Ouidii.

Quæritur Aegistus, quare sit factus adulter, In promptu causa est, desidiosus erat. Atq; vt in priore formula plus est virium, ita in posteriore plus est gratiæ. Studiosæ iuuentutis erit has argumentorum formulas in Poetis, oratoribusq; diligenter obseruare, quarum cognitio, mea quidem sententia, iudicii acrimoniam exercet.

DE INDUCTIONE.

¶ Inductionem græci epagogen vocant, arguuntandi rationem naturæ proximam, qua e singularibus vniuersale colligitur. quo modo verisimile est, oēs artes repertas esse. Comparatis enim multis, quæ ad sidu⁹ rerum vsus suppeditabat, exemplis, vniuersalem quandam regulam statuimus, vt cū viderent medici, vinum Chium, item Smyrneum, item Falernum calefaciēdi vim habere, collegunt inductione quadam seu epagoga regulā, vinum natura calefacere. Breuiter, quidquid vsu deprehensum, in artem coactum est, id inductione seu epagoga collegit ratio. Certior inductione syllogismus est, propterea in probabilibus crebris or vsus est inductionis, planeq; in coniecturis regnat, vt si Catilina toties violauit rempublicam, verisimile est eum semper infesto animo fuisse in rempublicam. Anxie laborant scholæ, in reducenda inductione ad syllogismum, ceu ad amissum. neq; enim alia argumentandi forma certior est syllogismo. Sed illud quam inepte faciant, non est huius loci tractare. Plane syllogismo contraria forma argumentandi, Inductio est. Ab vniuersalib⁹ ad singularia syllogismus progreditur. Inductio a singularibus ad vniuersalia. Immutaueris prorsus inductionum naturam, si in syllogismi formā coegeris. Iā et inductionis duæ sunt tantum partes, antecedēs, quod singulariū coaceruatione constat, & consequēs vniuersale, collectū e singularibus. At in syllogismo tres partes sunt, maior, minor, & medium. Ergo sicut enthymemati pars quaedam syllogismi deest, ita & inductioni. In coaceruandis singularibus præstandū est, vt aut omnia cōnumerent, aut diuersum quiddā non adpareat, vt si sic argumēteris, Virgili⁹ est albus, Cicero est alb⁹, inepte cōsequēt,

De inductione. Inductio arguuntandi ratio proxima naturæ.

Quomodo conueniat inductioni cum syllogismo.

omnem hominem esse album, quando diuersum apparet in Aethiopibus. Hoc argumētandi genere nemo frequentius Socrate, apud Platonem vsus est. Credo, quod videbat proxime ad naturalē sensum quadrare. Pluribus artificiū eius persequitur in libris de inuentione M. Cicero. Tu ad vnum exemplū & reliqua, quæ in scriptorib⁹ occurrēt, exige, Vinū Chiū, item Smyrneum, item Campanum, calefaciendi vim habet, nec compertum est aliter de villo vini genere. In omni igitur vino, vis calefaciendi est.

DE EXEMPLO.

Exemplū paradigma.

¶ Exemplum, quod græci paradigma vocant, est aut similiū, aut dissimilium comparatio. A simili petitur, vt Timotheus apud græcos, ita Sylla Romæ fortunatior, quam prudentior fuit. Et in comparatione similitum, sæpe maius, sæpe item minus petitur, vt, si philosophi autorum suorum singuli placita tenent, quanto magis conuenit, Christianos dogmata seruatoris sui tenere? Et hac argumētandi figura, nescio an alia frequentius vsurpetur. A dissimili, adeoq; contrario libenter argumētatur, valet enim comparatio contrariorum ad euidētiā, energiamue causæ, vt apud Liviū Camillus dissuadet migrare Veios, hortaturq; ne velit populus Romanus sacra sua deserere, Hos omnes deos publicos, priuatosq; Quirites deserturi estis? Quam par vestrum factum est, quod in obsidione nuper in egregio adulescente Fabio, non minore hostium admiratione, quam vestra, conspectū est. quom inter Gallica tela digressus ex arce, solenne Fabiæ gentis in colle Quirinali obiit. An gentilia sacra, ne in bello quidem intermitti, publica sacra & Romanos deos, etiā in pace deserri

Livianum exemplum.

placet? Formā huius generis per sese simplicissimā, licebit rhetoricis schematibus exornare. Quid enim simplicius dicas, eo quod apud poetam est?

At non ille satum, quo te mentiris Achille,

Talis in hoste fuit Priamo.

Dissimilia:

Obseruabit studiosus lector in Poetis, Oratorib⁹, Historicis, quam late pateat hæc argumētandi ratio. Et exemplorum quidam præcipuus est in consultationibus vsus. vbi euentum nostræ causæ presumimus ex ijs, quæ ab alijs eodem ferme consilio gesta sunt. vt apud Liviū Scipioni Hannibal ait, Quod tu nunces, idem ego eram ad Trebiam, Thrasymenum, Cannas. Iam ad exemplorum rationem pertinent poetarum fabulæ, Apologi, paroemiæ, parabolæ, & quæ sunt huius generis. De quibus multa Quintilianus libro quinto.

Orestis fabula vsus est tempestiuus. Mar. Cicero pro Milone, Itaq; hoc iudices, non sine causâ fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderūt, eum qui patris vlciscendi causâ matrē necauisset, variatis hominum sententijs, non solum humana, sed & deæ sapientissimæ sententia liberatum. Apologo seu æno, sic enim ferme Aesopicos apologos vocant, vsus est Horatius,

Fabula.

Quod si me populus Romanus forte roget, cur Non vt porticibus, sic iudicijs fruar ijsdem, Nec sequar, ac fugiam, quæ diligit ipse, vel odit, Olim quod vulpes ægroto cauta Leoni Respondit, referam; quia me vestigia terrent, Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.

Apologus.

Paroemia vsus est M. Cicero pro L. Flacco, pro uerbio fidem testibus abrogans, quo dicitur, Da mutuū testimoniū. Parabolis sacra Christi doctrina referta est. Adijci & gnomæ seu sententiæ possent,

Paroemia.

quale est illud pro Deiotaro apud M, Ciceronem, Pereant amici, dum inimici vna interciderunt. & Paulus græci poetæ versiculo vti in Corinthiis, Corrumpt bonos mores cōversationes prauæ. Sed de his in locis plura. Nunc satis sit admonuisse, hæc ad exēpli formā, quæ plane simplicissima est, pertinere.

DE COACERVATIONE.

Sorites coacervatio.

¶ Cognata syllogismo coacervatio est, quæ res eiusdem ordinis, seu gradatione quadam connectuntur. vt, quod Laurus est, arbor est, quod arbor est, substantia est, ergo quod Laurus est, substantia est. Conclusio syllogisticam imitatur, cum quæ præcedunt pronunciata, non sint syllogistice coniuncta. Græci hæc argumentandi formam Soron, seu soriten vocant. Aristotelici regula quadam in prædicamentis expediunt, vbi docent, quidquid de superiore dicitur, idem de inferiore dici posse, homo est animal, animal est corpus, homo igitur est corpus. In peruestigatione rerum obscurissimarum, videmus vsui fuisse Soriten doctis. In hunc ferme modum & Socrates colligebat, Deorum sunt ostia, Boni viri deorum sunt amici, & amicorum omnia sunt communia, ergo & bonorum virorum sunt omnia. Sic Diophantus Themistoclis filius, Quod ego volo, idem mater vult, quod mater idem Themistocles, quod Themistocles, idem populus Atheniensis. ergo quod ego volo, idem vult populus Atheniensis. Elegantis, Paulus in Epistola ad Hebræos, Sacerdotes Mosaici sunt minores Abrahamo, Abrahamus minor est Melchizedeco. Mosaici igitur sacerdotes minores sunt Melchizedeco, Iam Christus est sacerdos secundum ordinem Melchizedec, igitur Christo minores sunt sacerdotes Mosaici. Valet hæc formula certius in ordine rerum

Regula prædicamentaria.

Sorites Paulinus in Hebræo.

eiusdem prædicamenti, adeoq; in axiomatis necessariis. In contingentibus non semper apte colligitur per Soriten, vt si argumenteris, Studiosi literarum sunt amantes ocij, Amantes ocij sunt segnes, Studiosi igitur literarum sunt segnes. Iam & obseruandum est, vt argumenti partes, eadem inter se ratione conferantur. vt in superiore argumento, aliud studiosorum, aliud segnium ocium est.

In contingentibus per Soriten male colligitur.

¶ Captiones quædam reliquæ sunt, Crocodolites, Axyllaton, Antistrephon, quas quando ad rei dialecticæ iudicium non ita multum faciunt, facius visum est omittere. Facile enim omne fallax argumentum eluseris, si & collegeris in eas formulas quas præscripsimus, nec enim vllæ aliæ probæ sunt. In primis autem, si simplici syllogismo vinxeris, & caueris prudenter, ne quid amphibolon aut ambiguū in noie, aut verbo vilo insit. Quidquid enim apud Aristotelē fallaciarum est, ferme ambiguo exposito, aut obseruata pba syllogismi forma, dephædes.

Crocodolites, Axyllaton, Antistrephon

Obserua æquiuoca.

LIBER QVARTVS.

DE LOCIS.



Acten^o argumētorum formulas præscripsimus, & lineas duximus, quibus circūscribi argumentum debet, quo ordine, quibus modis velit sermonis natura cōpingi sententiā, seu orationē ad probandum thema quodcūq; accommodatā. Iam de argumētorum materia præcipiem^o, quæ pars inuenit materiæ, quæ pbes quod ppositū est. Quæ superiore libro tradita sunt, ad inuentionē pprie nō pertinet, sed quæ iā inuēta sunt quomodo cōnectas, docēt. Hæc vō vnde peras quæ dicēdū est, indicat. vt ædificaturi, saxa materiæq; primū comparant, deinde construūt ex alijs, alias

Locū indicat sunt materiæ argumentorum.

Loc.

ædificiū partes. Ita disputaturi, primū quod dicant
quærunt. Deinde, repertum argumentum dispo-
nunt, syllogismorum formulis circumscribunt,
enthymematis vinciunt, epagogis ornant, exem-
plis illustant, sorte muniunt. Quare, si quod the-
ma peruestigandum, propositum fuerit: vt; Num.
liberalitas sit Iusticiæ pars, vt Ciceroni videtur,
Primum a locis petes de eo quid dici possit, Dein-
de, a formulis argumentorum, quomodo connex-
tas, construasq; inuenta. Loci enim sunt velut sig-
na quædam, quibus rerum, quæ dici tractariq; de-
bent, capita indicantur.

In omni argumento, rerum inuentio, & prima est,
& difficillima. Nam disponendi rationem, ipsa fere
rerum conditio per sese præscribit. Quare operæ
precium est, ea quæ inuentionem adiuuant, sum-
ma cura & diligentiâ meditari. Scripturus es episto-
lam aut orationem, disputaturus es de rebus philo-
sophicis, de iuris articulis, de sacris, quid foribus
aut dicas, loci indicabunt. Aut alienam orationem
iudicaturus es, certe consiliū eius, nunq̃ depre-
henderis, nisi spectaueris, quibus thema locis mu-
nitum sit. Tota enim vis inuentionis, in locis posita
est, ex quibus ceu fontibus, oratio deduci solet. In
omni themate quædam argumenta, ipsa statim na-
tura ingeniosis hominibus suggerit, sed pauca, quæ
munienda, exornanda, & amplificanda sunt, plus
rium locorum adminiculis. Adiuuat enim ars na-
turâ, cum in plerisq; alijs, tum maxime in dicendo.
Et e dialecticis locis, exoritur ceu fonte, copia ora-
tionis, quæ eatenus ad animi iudicium vocari pos-
test, quatenus e locis dialecticis nascitur. Jam copię
rationem quam facillime adsequetur, qui ad na-
turæ fontes reuocarit.

Ars adminicu-
lum naturæ.

Ratio copię e
locis nascitur.

LOCORVM DIVISIO.

¶ Tum demum videberis probe adsecutus esse lo-
cos, cum intelliges, in quo themate, quibus locis
maxime vtamur. Neq; enim omnes loci a dia-
lecticis traditi, ad dialectica themata proprie perti-
nent, Sed magna parte rhetores in illustranda ora-
tione vtuntur. Dialecticus paucis locis vtitur, fini-
tione, genere, specie, partibus, caussis, euentis, nem-
pe a quibus necessariae probationes petuntur. Nā,
cum in vniuersum hoc agat dialectica, vt quam cer-
tissima, & q̃tenus fieri potest, necessaria doceat, lo-
cis proprie vtitur, a quibus necessaria argumenta
petuntur. Rhetorum est, quam maxime probabi-
lia dicere, quare & probabilium locis vtitur. Nos
rem paulo altius repetemus, indicaturi, & rhetorū
et dialecticorum locos. Probationes, aliæ inartifi-
ciales, vt quæ, a rumore, a testibus, a tormentis, a ta-
bulis ducuntur. Aliæ artificiales sunt, Hæ signis,
argumentis, & exemplis constant. Nam his mē-
bris probationē artificialē Quintilianus absoluit.

DE SIGNIS

¶ Signa, sensu deprehensa mouent, vt ex eis aliud
quiddā colligatur. Alienum propemodū hoc p-
bationū gen^o ab arte videtur. Signa duplicia sunt,
alia necessaria, vt peperit, nō est igitur virgo. Athe-
nis fuit, cū ille Rhomæ occideretur, nō occidit igitur.
Alia probabilia, vt sepelisti sol^o, igitur occidisti.
atq; huiusmodi ferme est suspitionum materies in
coniecturalibus. Quædam item signa præcedunt,
quædam in rem presentem cadunt, quædam subse-
quuntur, quæ omnia in proposita questione dilige-
ter confyderanda sunt. Neq; enim vllū per sese sig-
num valet, sed multa in vnum congesta, verisimilē
probationem efficiunt. A precedenti, vt, iam olim

Solæ necessa-
riæ probatio-
nes dialecticæ
sunt.

Probationum
aliæ sunt nar-
tificiales, aliæ
artificiales.

Signa Rhetor-
icæ probatio-
nes.

Signa coacer-
uata non nihil
probant.

insidiatus est Miloni Clodius, vt constat: probabile igitur est, & modo insidiatum esse. Ab his, quæ in rem presentem cadunt, vt, Armatus Clodius erat, inermis & impeditus Milo, probabile est igitur, a Clodio Miloni insidias factas. A consequentibus, vt profugit, probabile est igitur, cædis reum esse.

Occasio,
Spes,
Commodum.

Huc occasio pertinet, Item quæ spes conficiendæ rei fuerit, Quid ex re commodi, quid incommodi sequi poterit. Exemplum habes orationis in signis positæ, longe pulcherrimū, orationem M. Ciceronis pro Milone. Neq; enim potest regulis cōprehendi signorum ratio, nisi quatenus circumstantiis causarum ac personarū ducimur, quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Circumstantiæ

DE ARGUMENTIS.

De argumentis.
Argumentū.

¶ Signa, ex factis sensui expositis, proprie ducuntur, & cum causa ferme nascuntur. Argumentum est ratio paulo longius petita, quam ad causam disputantis industria affert: cum signa afferantur ad disputatē a causa. Petuntur argumēta alias a personis, alias a rebus. Argumēta a personis ducta cognata sunt signis, quod & non sint, nisi verissimiles probationes, & a personis ad oratorem afferantur. Atq; hæc duæ probationum partes, signa & argumēta a personis ducta, parum dialecticis thematicis conferunt, quæ necessarijs & euentibus argumentis muniri debent. Sed eas præscripsimus, nequid locis argumentorum: deesset, alioqui suas partes rhetorib; relicturi. Iam & signa, & argumēta a personis ducta, syllogismis aut enthymematis claudi & circumscribi debent, vt palam fiat, quam efficaciter probent. Nam q̄ apte cohæreat probatio cum themate nunq̄ videris, nisi colloques in syllogismi, aut enthymematis, aut inductionis, aut

Argumenta aut a reb; aut a personis petuntur.

Dialecticum thema ē quod pprie exacte & necessaria methodo dicitur.

exempli formam: vt, verisimile nō est literarū studiosos, voluptatibus indulgere, Cælius studiosus literarum est, non est igitur verisimile, eum indulgere voluptatibus. In hunc modum integris syllogismis signa & personarum argumenta cōprehende.

QVAE A PERSONIS DUCUNTUR.

¶ Loci personarū sunt, genus, natio, patria, sexus, ætas, educatio, disciplina, habitus corporis, fortuna, animi conditio, affectus, deniq; vitæ cursus. quos locos libentius præscribo, quod & vsui futuri sunt pueris declamantibus laudes illustriū virorum, in quibus hæc argumentorum capita, ceu filum quoddam in oratione contexenda sequetur. Neq; enim vilo genere thematū, Fabio teste, scilicet exercetur adulescentia, quam laudandis aut vituperandis personis.

Loci personarum.

Demonstratio genere primū exercendi pueri. Genus.]

GENVS.

¶ A genere, vt cum similes, aut dissimiles parentū filij sunt, & liberis fere ex parentib; fluūt causæ honeste aut turpiter viuendi. atq; hæc argumentandi ratio frequentior est, quam vt hic debeat exemplis pluribus declarari. Sic Cicero pro L. Murena, Catonem cum proauo suo confert, Sed te domum iam deducam tuam, Quenquam ne existimas Catone proauo tuo cōmodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse, ad omnem rationem humanitatis? De cuius præstanti virtute, cum vere graui terq; diceres, domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum

M. Cicero pro L. Murena.

NATIO.

¶ A natione, vt cum gentiū studia probamus, aut improbamus, quomodo Paulus apostolus Cretensiu leuitatē vulgari versiculo arguit. et Cicero testiū autoritatē eleuat, quod greci sint, in quies de grecis,

Natio.

M. Cicero pro L. Flacco.

Tribuo illas literas, do multarum artium disciplinam, non ad imo sermonis leporē, ingeniorū acumen, dicendi copiam, denique, & si qua sibi alia sumunt, non repugno, Testimoniorum religionem & fidem, nunquam ista natio coluit, totiusque huiusce rei quae sit vis, quae auctoritas, quod pondus ignorant. Hic retulerit singularum gentium, item familiarum, de cora, aut notas obseruare.

Gentium notae apud historicos obseruent.

PATRIA.

Patria.

¶ A patria, perinde argumentum petitur, ut a natione. Neque enim ad instituendam vitam, patriae mores nihil momenti habent. ut ille deus gratias agebat, quod Athenis natus esset.

SEXVS.

Sexus.

¶ A sexu, ut, Latrocinium facilius in viro, Veneficium facilius in muliere credas. hoc loco comode uti queas, si ambitionem Tulliae uxoris Tarquinij accuses, quae minime muliebri ingenio, & arte, regnum affectauit.

Sexuum notae obseruandae.

AETAS.

Aetas.

¶ Ab aetate argumentatur Mitio, excusans adolescentis delictum.

EDVCATIO ET DISCIPLINA.

Educatio & disciplina.

¶ Haec alias corrumpit, alias adiuuat & excolit ingenia, & ad immutandos animos nihil efficacius ea esse, multis compertum est exemplis. A disciplina M. Cicero argumetur pro L. Murena, In M. Catone, Iudices, haec bona, quae videmus diuina & egregia, ipsius scitote esse propria, quae non nunquam requirimus, ea sunt omnia non a natura, verum a Magistro. Fuit enim quidam summo ingenio vir Zenon, cuius inuentorum aemuli Stoici nominantur. huius sententiae sunt & praecipua eiusmodi, Gratia sapientem nunquam moueri, nunquam cuiuspiam delicto ignoscere, neminem misericordem esse nisi stultum

De disciplina Stoica. Ex Cicerone pro L. Murena.

& leuem, viri non esse, neque exorari, neque placari. solos sapientes esse, si distortissimi sint formosos, si medicum diuites, si seruitutem seruiant, reges. Nos autem, qui sapientes non sumus, fugitiuos, exules, hostis, insanos denique esse dicunt, Omnia peccata esse paria, omne delictum scelus esse nefarium, nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum cum opus non fuerit, quam qui patrem suffocauerit, Sapientem nihil opinari, nullius rei poenitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam, hoc homo ingeniosissimus M. Cato autoribus eruditissimis iter inductus arripuit, neque disputandi causa, sed ita viuendi. Reliqua qui volet ex ipso M. Cicerone petat. Et in hunc modum praestiterit optimorum scriptorum exemplis uti, e quibus cognoscas, non modo argumentandi figuram, sed & quomodo illustres, & exornes argumentum. quid enim quaeso potuit a M. Cicerone, aut prudentius, aut ornatus eo loco in Catonem dici?

CORPORIS HABITVS.

¶ A corporis habitu, qualia sunt apud M. Ciceronem in Pisonem, Iam ne vides belua? Iam ne sentis, quae sit hominum querela frontis tuae? Nemo queritur Syrum nescio quem, de grege nouiciorum factum esse Consulem? Non enim nos color iste seruilis, non pilosae generis, non dentes putridi deceperunt: oculi, supercilia, frons, vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus metis est, hic in errorem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus decepit, sefellit, hic in fraudem induxit. Hinc argumentum queas petere, si Valerij Coruini describendum facinus sit, qui vasto & immani corpore Gallum quendam, impar ipse viribus & habitu corporis, singulari certamine vicit.

Corporis habitus. M. Cicero in Pisonem.

FORTVNA.

Fortuna.

¶ A fortuna argumentamur, quom de seruitute, libertate, honoribus, agimus: qualia sunt multa in Ciceronianis orationib⁹, cum alibi, tum pro Deiotaro.

ANIMI CONDITIO.

Animi conditio.

¶ Non parum refert spectare, quomodo quisq³ affectus sit. Nam, ex propensionibus animorum coniecturæ ad modum probabiles colliguntur. Eiusmodi argumēta sunt & apud Ciceronem pro Milone, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor iniuriæ, punitor doloris sui. Et de Aruspicum responsis, Sed tamen mei facti rationem exponere illis volo, qui hesternum die dolore me elatum, & iracundia longius prope digressum arbitrabantur, quam sapientis hominis cogitata ratio postulasset. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consideratum, ac multo ante meditatam &c. Atq³ huc in laudibus & vituperijs pertinēt, viciorum ac virtutum formæ, prudentia rerum gerendarum, scientia, iusticia, temperantia, fortitudo. Contra, imprudentia, iniusticia, intemperantia, temeritas, metus, & similia.

Epoetis com-
modis, affe-
ctuum disci-
mina discas.

Huc item pertinent, res, vel bene, vel male gestæ, his factorum consilia adde. Pertinent huc & personarum studia, vt forenses alij, alij milites, alij mercatores sunt.

In personis hæc ferme requiruntur, quæ vsu venient declamaturis, aut iudicaturis causas, quibus personæ tractantur, vt pleræq³ sunt. Et huius generis argumenta, quanq³ proprie ad Rhetores pertinent, nempe, quæ probabilia fere, & non necessaria sunt, tamen dialecticas formas induunt, quom aut syllogismis, aut epagogis, aut enthymematis

vinciuntur, vt si argumenteris, Traiani adulescentia a bonis magistris formata est, est igitur verisimile, bonum principem Traianum fore.

QVAE A REBUS DVCANTVR.

¶ Vix tandē peruenimus ad eos locos, quibus dialecticum thema proprie muniri solet, atq³ adeo, e quibus probatōes necessariae, euidentescq³ petunt. His in hūc modū vttere. Omne thema, aut simplex vox est, aut oratio. Simplex vox, non probatur, nec refellitur. nempe, in qua, neq³ verū, neq³ falsum sit, sed exponitur. Iam quo ordine, quibus locis exponat, supra, in ratiōe simpliciū vocū libro primo absoluimus. Primū enī simplici vocis finitio quærenda est, deinde causse rei propositæ peruestigandæ sunt: partienda posthac in species, aut membra. Oratio vero pprie aut probat, aut improbat. Nam in oratione, proprie verum aut falsum inest. Eritq³ hæc probandi methodus. In omni pronunciatō simplici duæ sunt partes, Subiectum & prædicatum, vt, voluptas est bonū. Inde, ab vtraq³ parte, cum a subiecto, tum a prædicato, argumenta trahentur. Proinde, si quod thema discernendum, probandum, reprobandumue propositū fuerit, dissolue in partes, earumq³ finitiones, causas, species, ac membra perquire. Nam ex his argumēta colliges, vt si finitioni, causis, ac partibus voluptatis cum bono conuenit, plane bonum esse colliges voluptatem. In eundē modū sunt & partes thematū in genere demonstratiuo, aut deliberatiuo peruestigandæ, vt, si dehorteris a bello Turcis inferendo, primū belli percēsebis incōmoda generatim deinde, q³ Turcæ, & vt armati sint, quomodo nos instructi sim⁹, Et cū Christiani sumus. nō decere nos arma, quib⁹ discitū est, gladio perituros, q³ gladio dimicaturi sint.

Partes thema-
tum inspicien-
dæ.

In laudib⁹ prædicatur factum, vt, Mutij Sceuolæ,
 q̄ priuatim ipsi, deinde & vniuerso nomini Roma-
 no, & honestum, & vtile sit. Breuiter, expendat
 disputaturus partes thematis, cum in omni genere
 oratiōis tū maxime in argutis & lubricis disputa-
 tionibus. Atq̄ hic vides, qui sit simpliciū vsus, et
 quanti referat in promptu habere simplicium vo-
 cum methodos. Neq̄ enim muniri vlla sententia
 solida, efficaciq̄ ratione potest, nisi accurate per-
 specta natura partium thematis.

Sunt autem loci argumentorum, quæ a rebus pe-
 tuntur, Finitio, Genus, Species, Commune, Par-
 ticulare, Differentia, Totū, Partes, Causæ, Euen-
 ta, Pugnancia, Similia, Maius, Minus.

FINITIO.

¶ Efficacissima & certissima probandi ratio est
 per finitionem. quare & ad dialectica themata pro-
 prie adplicari debet. Voco autem dialectica thema-
 ta, quibus naturam rerum propositarum, causas,
 aut officia inquirimus, exacto & iusto ordine. idq̄
 argumentis, quoad fieri potest, necessarijs & euis-
 dentibus. Hoc genus, alij Apodixes, alij demonstra-
 tiones vocarūt. Quale est, si differas, liberalitatem
 esse iusticiam, vbi non laudatur, non suadetur libe-
 ralitas (nam hoc proprie Rhetorum est) sed eius
 natura perquiritur. Iam quot finiendi genera supra
 indicauī, tot argumentandi loci, finitione compres-
 henduntur.

¶ Ab Etymologia, vt ciuitas est, ergo populi
 consensus est.

¶ A finitione, quæ essentiam rei explicat, vt bo-
 nus affectus est, igitur & virtus est.

¶ A finitione causas notante, vt, Exortus so-
 lis est, dies igitur est.

¶ A finitione ex accidentibus collecta, Fabrorū <sup>A finitione ex
accidentibus col-
lecta.</sup> longe princeps est, ergo Dædalus est.

¶ Obseruandum est in finitionib⁹, quod & supra
 monuimus, vt propriæ sint. pariter enim finitionū
 locus a finito ad finitionem, & a finitione ad finie-
 tum duci solet, quod fieri nequit, nisi finitiones pe-
 propriæ sint. Iam & in iudicandis finitionibus, pluri-
 mum valet argumenti conuersio. Nam, ita facile
 spectabis propria definitio sit, an non. vt propria
 est hæc, Virtutem esse bonum affectū, quia utroq̄
 modo valet argumentum, virtus est, ergo bonus
 affectus est, & bonus affectus est, ergo virtus est.
 Impropria est finitio, vinum esse quod inflammet
 sanguinem, Neq̄ enim conuerti potest, hoc modo,
 Est quod inflammat sanguinem, igitur vinum est.
 Sunt enim et pleraq̄ alia, quibus animantium cor-
 pora accenduntur.

VSVS LOCI FINITIONVM.

¶ In locis non est alius quo commodi⁹, quam lo-
 co finitionū vti queas. Nam, si natura cuiuspiam
 thematis peruestiganda sit, id quod dialecticorum
 proprie est, plurimum per finitiones efficies. vt si
 quærat, Num liberalitas pars sit Iusticiæ, vt Ci-
 ceroni visum est, Statim dissolue thema, partiūq̄
 finitiones inter se compara. inter quas, si conuenie-
 rit. necesse ē, & inter ea cōuenire quæ definita sunt:
 vt, Iusticia est, quæ cuiq̄ dat, quod debetur. Libe-
 ralitas est, quæ egenti cui opitulatur, Iam quod li-
 beraliter datur egenti, quanq̄ non debetur priua-
 tim, publice tamen ciuitati vel humanitati debetur.
 hinc colligitur, partem esse iusticiæ, liberalitatem.
 nempe quæ dat, quod publice homini seu cui de-
 bet. In hūc modū exerceat Iuuentus cōmunia the-
 mata, Num voluptas sit bonum, Num virtus sit

Vsus loci fin-
tionum.

Quid dialecti-
cum thema.

Ab Etymolo-
gia.

A finitione.

A finitione
causas notate.

foelicitas, &c. peruestigatis singularum partium finitionibus. In genus suavoriū vero nō cadūt finitiones, nisi eā, quæ ex causis conflatae sunt, ut infra indicabimus. In iudiciali controuersia pro Cæcinnâ, M. Cicero finitione usus est, Et Rhetores statum quendam finitionum numerant, qui plane dialecticis est controuersia de finitione, & loco finitionum a nobis compræhenditur. Iam & in schematicis rhetoricis finitio numeratur, & huic non absumile schema, Notatio: quo commēdatiorem volo studiosis finitionum locum.

Quid rhetoribus locus finitionum conserat.

Genus.

¶ A genere ad species ducuntur argumenta per negationē, ut, Temeritas nō est virtus, igitur nec fortitudo est. Eodem modo & a communi, ad particulare ducuntur argumenta. Commune uoco, quidquid alio latius patet, ut uinum latius patet quā tenue uinum, homo latius quā bonus uir. Hoc loco libēter in exaggerandis causis utimur, plurimūque ad copiam momenti habet, ut, Nero, ne hominis, quidem officium fecit, tantum abest, ut boni uiri fecisse officium credatur.

GENVS.

Species.

¶ A specie ad genera, item a particularibus ad communia argumentamur per affirmationes: ut fortitudo est, igitur virtus est, Bonus uir est, igitur homo est. Quod si copiam indicēdo studes, fac, ut, quocumque proposito themate, quæras, quod eius genus, quæ species, quod commune, quod particulare: a quibus si petiueris argumenta, recte propositam causam, tum munitis, tum illustraueris.

SPECIES.

Differentia.

¶ Nullo loco cōmodius, quā differentia, uteris, sicubi discrimina rerū cognatarū indicabis. Nam,

ut supra ostēdimus, differentia sunt, quibus inter se se species eiusdem generis discrepāt. Quo fit, ut cognatarum specierū fines pulcherrime, notatis tractatiscum differentiis, compræhendantur: ut homini & bruto conuenit genere. pariter enim homo atque brutū animalia sunt. discrepat ab homine brutū, quod ipsum beneficio sermonis caret. Atque hic differentia vocabulo complector proprium, & quidquid est, quo discrimina rerum proprie notamus.

Differentiarū uisus.

¶ Argumentamur per locum differentia, haud aliter, atque solemus per finitionem. Est enim differentia longe præstantissima pars finitionis: ut, homo est, igitur & intellectuale est. & rursum, intellectuale est, igitur & homo est. Ita, bos non est intellectualis, igitur nec homo. Plurimus huius loci usus est in cognatis rebus, ut in discernenda liberalitate a prodigalitate, parsimonia, a fordibus. Fortitudinem, ab audacia, seu temeritate. Verum, quid attinebat hunc locum a finitione separare, in qua ut nihil differentia præstantius est, ita nihil maiore cura tractari debet?

TOTVM, PARTES.

¶ Non raro a toto ad partes: & rursum, a partibus ad totum argumentamur: ut, domus est, necesse est igitur & parietes, & tectum esse. Et rursus, parietes sunt & tectum, necesse est igitur domū esse. In hunc modum, & ex omnibus partibus coniunctis, totum colligitur, et ex toto partes.

¶ Ex hoc loco pulcherrimam copiam formam nasci obseruabis, quæ totum, commemoratis partibus, ostendit: ut, qua re & Senatui, & plebi damnum datur, eadem uniuersæ reipublicæ damnandum dari necesse est, Sic oculos, os, uentrem, &c. denique

Totius & partium locus ad rhetoricas distributiones pertinet.

totus monstrū est. Et ad amplificandam orationē,
hoc loco, haud alius commodior esse videtur.

CAVSSAE.

¶ Et supra in finitionibus causas tractauimus,
quo hic breuius absoluentur.

Quatuor cau-
sarū formae.

¶ Causa est, unde aliud consequitur.

¶ Efficiens, est persona aut res, quae aliquid effi-
cit, vt Faber domum, pater filium.

¶ Materia est, ex qua fit quidpiā, vt, ex ligno
mensa.

¶ Forma, est ipsa materiae species.

¶ Finis est vsus rei. Ab efficiente ducuntur ar-
gumenta, tam dialectica, quam rhetorica. Dialecti-
ca, vt causa negata, & effectum negari necesse est:

vt, Non genuit Traianus, ergo nec Traiano filius
fuit. Rursum, adfirmata causa, & euentum affirma-

ri necesse est: vt, Genuit Traianus, ergo Traiano
proles fuit. Sol oritur, ergo dies est. Atq; in his pro-

Propria cuius-
que causa ob-
seruanda.

priae causae rerum spectandae sunt, non alienae, nō
enim apte collegeris hoc modo, Faber est, igitur
domus est, sed Faber aedificat, igitur domus fit. Itā

& sua cuiusq; causa spectanda est, a qua proprie
res fit: vt virtus proprie a deo transfunditur in hu-

mana pectora. Est enim sua cuiusq; causa.

¶ Efficientium in peruestiganda rerum natu-
ra, & origine plurima, vt supra in finitionibus ad-

monui, ratio habenda est: nempe, de quibus scho-
lae varie disceptant, vt, quo autore, vera absolutaq;

virtus in homine fiat? Num per hominis industri-

am? an dei spiritu? aut cur id industria hominis
non possit? In quem modum, multa controuertū-

tur de causis efficientibus.

¶ Vsus est earum & in rhetoricis thematis, vt
in laudibus, ducuntur argumenta honestatis a con-

ditoribus & autoribus rerum. vt, quae prior laus
est matrimonij, quā quod diuinitus constitutum.

est? Est & vbi in litibus consilia, autorescq; factorū
tractantur. Propterea, hoc causarum genus dili-

genter tractauit M. Cicero in Topicis. vbi in effi-
entibus numerat naturam: vt, Sol oritur, igitur

Efficientium
duo genera, na-
tura & volun-
tas.

dies est. Voluntatem, cui perturbationes, & affe-
ctus animi & consilia subiicit: vt, Iratus erat, infen-

sus erat, igitur probabile est, vim ab eo illatam. Ca-
sum, Nam & in res communes hominum multa

fortuita incidunt. Valebit talis efficientium tracta-
tio, ad exercendam copiam.

Circūstantiae.

¶ Interim & in efficientibus habenda est circum-
stantiarum ratio. Nam, non nihil ad propositam

quaestionem pertinebit, quo tempore, quo loco,
apud quos quid factum sit. Diligēter enim circum-

stantiam temporis tractat Apostolus Paulus in
Romanis, vbi collecturus, quod operibus legis

Pauli locum.

non comparatur iusticia, a tempore argumētatur,
Abraham iustum fuisse, ante circumcisionem, non

comparatam igitur circumcisione iusticiam. Sed
de circumstantiis supra monuimus. Tu observa-

bis, haec pertinere ad augendam amplificandamq;
orationem.

¶ A materia formaeq; rariora, quod sciam, ar-
gumenta petuntur, tamen fieri solet, vt materia cō-

Materia,
Forma.

paretur: vt, Interest, ex auro sit, an argento cyphus.
Ita a forma, vt quae cyphi sculptura sit. quale illud

est apud Virgilium in bucolicis.
Quoniam tibi pocula ponam

Fagina, caelatum diuini opus Alcimedontis,
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,

Diffusos hedera vestit pallente Corymbos,

In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter,
Descriptit radio totum qui gentibus orbem?
Sicenim argumentaberis, Menelai crater aureus
est, melior igitur Menalca poculo, quod faginum
est. Eiusmodi comparationes rerum ex hoc loco
peti solent.

Fines,

¶ Finium præcipua sit cura, Neq; enim aliud
diligentius quæritur, quam quis vsus rei sit. Proin-
de, a finibus plurima ducuntur argumenta, cum a
dialecticis, tum a rhetoribus: vt, populus Roma-
nus tueri urbem vult, cōtra subitam hostium vim,
ergo munit. Dialecticus in peruestiganda rei natu-
ra, semper propositi thematis proprium aliquod
officium constituit: vt, hominis, differere, acute
disputare, ciuilibus officijs suos iuuare, Siciusti-
cia, suum cuiq; tribuere, pacem tueri, Et rhetores
in commemorandis laudibus, item in suasorijs. qui
rerum fructus sint, de quibus agitur, declarant: vt,
in laudibus pacis, numerantur omnia pacis com-
moda, studia rerum urbanarum priuata, & publi-
ca, literæ, mercimonia, &c. Contra bellorum incō-
moda, religionis contemptus, periuria, cædes, stu-
pra, vastationes agrorum, & similia.

EVENTA.

¶ Quod effectus alij, nos euenta vocamus.
Ab his perinde, vt a causis trahuntur argumenta.

Euenta,

Ab effectu,

¶ Ab effectu causæ efficientis, vt dies est, ergo
sol ortus est. Proles est Traiano, genuit igitur. Ver-
bum dei audit Cornelius, est igitur ex deo.

A materia,

¶ A materia, Cyphus liquitur, non est igitur
ligneus.

A forma,

¶ A forma, volubilis est globus, est igitur teres.

¶ A finibus, agri vastati sunt, cæsi ferro cul-
tores, bellum igitur fuit. A finibus.

¶ Exempla pro se quisq; diligenter venetur ex
optimis quibusq; scriptoribus, quæ dicturus aut
scripturus imitetur. nobis satis visum est indicasse
argumentandi modum. Neq; parum refert, quo-
cunq; proposito themate, statim causas, effectusue
cognoscere. immo, peculiaris est operæ, perquire-
re, ex quibus quid sequat, quæ cuiusq; rei causæ,
qui effectus sint.

PUGNANTIA.

¶ A pugnantibus, & frequentia, & efficacia ar-
gumenta ducuntur. Et in amplificanda oratione
vix vlli loco plus tribuitur, quam pugnantibus. ni-
mirum, quod, vt vulgo dicitur, lumen orationi, &
vt græci dicunt, enargeian, id est, perspicuitatem,
seu euentiam afferunt. Quis enim nō clarius per-
cipiat belli mala, si cum pacis commodis cōferan-
tur? Pugnantia.
Contraria dilu-
cidant.

¶ Formæ pugnantium quatuor vulgo nume-
rantur, Relatiuorum, vt, pater & filius. a quibus
trahitur argumentum in hunc modum. Constanti-
nus Constantij pater est, filius ergo esse non potest.
Et rursus Constantius Constantini filius est, pa-
ter ergo esse nequit. Relatiuorum naturam atq; ra-
tionem petese prædicamentis. Relatiua.

¶ Contrariorum, quæ pugnantes qualitates
sunt, vt, calidum, frigidū. album, nigrum. In qui-
bus recte argumentaberis, hoc modo, Aqua calida
est, frigida igitur esse non potest. Contraria.

¶ Priuationum, quæ cum formis pugnant (se-
quor enim & hic vulgi morem) vt, cæcitas & vi-
Priuationes.

fus. Significant autem priuationes non contrarias res aut formas, aut qualitates, sed tantum quarundam formarum aut qualitatum despoliationem. Cæcitas enim non est, nisi despoliatio visus. Tenebræ non nisi despoliatio lucis. In his item sic argumentamur, Tenebræ sunt, non est igitur lux.

Contradictoria.

¶ Contradictoriorū, quæ propositiones sunt, inter quas nullo modo conuenit. vt, Ioannes scribit, Ioannes non scribit. quæ nunq̄ possunt eodem tempore cōuenire. Sed de contradictorijs & supra diximus. In his sic argumentamur, Si verum est pronunciatum, Cæsar vicit Pompeium, impossibile est, cōtradictorium pronunciatum, Cæsar nō vicit Pompeium. Non est enim contradictio, nisi in pronuntiatis.

Enthymema.

¶ Vides, quæ sit in pugnantibus argumētandi figura, vbi simpliciter altero proposito, & adfirmato, alterum tollitur & negatur, quod argumentandi genus, proprie vocarunt veteres enthymema.

Nos vero Peripateticos secuti, enthymematis vocabulo, paulo liberius vsi sumus.

¶ Huc pertinent, & differentiæ, & diuersæ species, in quibus necesse est, vt affirmata vna, reliquæ tollantur: vt, Ioannes homo est, non est igitur brutum. Sic de causis rerum, vbi alienæ causæ tolluntur, licet argumentari. Ortus solis est diei causa, non igitur ortus lunæ.

S I M I L E.

Simile.

¶ Similium rationem attigimus superiore libro, vbi de exemplis actum est. Et ex similitudinis loco nascuntur loci paris, maioris, ac minoris, vt Quintilianus indicat.

¶ A maiore, si adulterū occidere licet, & latronē

loris cedere licebit. Ex minore, Si furem nocturnum occidere licet, quid latronem? Ex maiore negatiue, nunq̄ colligitur, vt, Cicero nō persuasisset, multo minus persuaserit grammaticus aliquis. Ex minore colligitur maius affirmatiue, vt, Hic grammaticus persuasit, quanto facilius persuasisset Cicero.

¶ Ex pari, quæ poena aduersus interfectorem patris iusta est, eadē aduersus interfectore matris videri iusta debet.

¶ Supra admonuimus, ad similia exempla referēdas esse parabolas, morales sententias, apophthegmata, hoc est, scite dicta, apologos, fabulas, & quidquid his cognatum est, quorum rationem rhetores præscribunt. Et de locis quidem fatiis, reliqua vsus docebit, quem nisi ad hoc negocium adhibueris, desperanda est tibi omnis differendi facultas.

DE PROPOSITIONE HYPOTHETICA.

¶ Consulto distulimus pronuntiati hypothetici rationem, in hunc vsq̄ locum, q̄ hætenus non volebamus agere, nisi de simplicibus pronuntiatis et argumentationibus, nunc postulat locus, vt & de coniunctis propositionibus nonnihil dicamus. Primū, pronunciatum hypotheticum, pluribus axiomatis simplicibus, coniunctione aliqua conexis, constat. ¶ Formas tres præscribunt.

¶ Copulatiuum, quod copulæ coniungunt, vt, Cicero disputat, & Milo defenditur.

¶ Disiunctiuum, cuius partes seiunguntur, vt, Aut dies est, aut nox est.

¶ Conditionale, seu rationale, cui si consequentiæ nota præponitur, vt, Si homo est, animal est. Ex his formis contextuntur argumenta, variæq̄ argutiæ, quas persecutus est pluribus Trapezontius, nos perstringemus paucis.

Copulatum

¶ Ex copulatio sic argumentamur,
Et homo est, & bos est,
Sed homo est,
Igitur bos est.

¶ Quæ forma quantum valeat, modo non dis-
puto, sed cū ab vſu re mota ſit, ego quoq; relinquo,
q̄ interim dum argutias, quæ ex hoc genere varie
texuntur, meditaris, liceat in melioribus operam
ponere. Nam, & iudicium copulatiuorum pendet
ex ratione ſimplicium pronuntiatorum, ita, vt re-
cte cognita ſimplicium ratione, de copulatiuis faci-
le iudices.

Disiunctiuum

¶ Ex diſiunctiuo rectius argumentamur:
Aut homo eſt, aut bos eſt,
Sed homo non eſt,
Igitur bos eſt.
Aut homo eſt, aut bos,
Sed bos eſt,
Non igitur homo.

In forma diſiunctiuorum, neceſſe eſt alteram
partem conluſione colligi, alteram repudiari.

Conditionale

¶ Ex conditionali, quod vnum commode hy-
potheticon adpellari poteſt, frequenter argumen-
tamur.

Syllogiſmus
hypotheticus
materiæ gra-
tia, non forme
valet.

Si homo eſt, animal eſt,
Sed homo eſt,
Igitur animal eſt.
Si homo eſt, animal eſt,
Sed animal non eſt,
Igitur homo non eſt.
Si ſanus eſt, non ægrotat,
Sed ægrotat, ergo
Non eſt ſanus.

Iudicium horum ſyllogiſmorū e materia petes,
non e forma, ſpectabisq; , quatenus conueniat par-
tibus primi pronuntiatū inter ſe, num altera alte-
rius ſit cauſſa, aut effectus, num pugnent, num a ge-
nere ad ſpeciem, a ſpecie ad genus trahatur argumē-
tum. In quibus regulas locorum obſeruabis, vt
pugnantium alterum adfirmes, alterum neges, vt
ex cauſſa propria, proprium effectum, ex proprio
effectu propriā cauſſam colligas, vt a ſpecie ad ge-
nus affirmatiue, a genere ad ſpeciem negatiue argu-
menteris.

Vuittenbergæ, apud Melchiorum Lot-
therum Iuniorum, Anno
M, D, XX.